



DE HOMICIDIO

Gregorius IX.

CAPUT XXV.

Quidam (ut asseris) ad ædificationem Ecclesiæ in adiutorium à Presbitero evocatus, ruens cum laqueari, quod idem Presbiter solvere nitebatur, hac occasione, rebus est humanis exemptus: & infra. Attendentes igitur, quòd sacerdos ipse dabat operam licitæ rei, studuit etiam, quam debuit diligentiam adhibere, circumstantibus, quibus periculum imminet, ita tempelivè, & alta voce præmonitis, quod & intelligere & fugere potuerunt: inquisitionis tuæ taliter respondemus; quòd ob hanc causam, vel quia omnes casus fortuitos, (qui prævideri non possunt) forsitan non prævidit, non debet quoad officium vel beneficium impediri.

SUMMARIUM.

- Homicidium casuale non imputatur ei qui dedit operam rei licite nec fuit in culpa. Irregularis an sit Clericus qui puerum per funem demisit in puteum ad res querendas, si puer disrupto fune decidens obierit, ibid. & n. seqq. usque in finem. Actus illicitus quando dicitur. Homicidium casuale, quando imputatur danti operam rei illicitam. Clericus vocans rei mechanicam vel ædificationem; an dicitur rei illicitam operam dare. Clericus opus rurale permissum est.

Quidam. Homicidium casuale non imputatur ei, qui dedit operam rei licite, nec fuit in culpa. Hoc dicit communis divisio. Secunda ibi, Attendentes. Nota summam, cum quo concordat cap. Joannes, supra eodem & Joan. Andr. Butr. Cardin. & omnes in princp. Quidam Clericus ad requirendam suppellectilem in puteum à fure projectam Puerum eo dimisit ligatum unico fune grosso, ac novo, eumque appensum per funem suscitabat dum suppellectilem expulsetur; tandem chorda, que ore purei retinebatur, dum puer extraheretur onullus, disrupta est & puer decidens in aquam est suffocatus. Queritur an homicidium hoc quod casuale est, atque omnino fortuitum, neque à Clerico volentem, ipsi veniat imputandum, sed ut in irregularitatem incidit.

Quæstio videtur in duos articulos dividenda. Primus est, an Clericus secundum ea, que proponuntur, dederit operam rei illicitæ, nec ne. Secundus, an fuerit in aliqua culpa, ita ut propterea irregularitatem contraxerit.

Quoad primum nonnulli opinati sunt eum dedisse operam rei illicitæ, dum ipsemet fune suspensum hominem unâ cum sociis demisit in puteum, ac etiam tenuit: nam actus illicitus ille dicitur primò ratione periculi mortis, aut contractionis membri, que exinde possunt contingere, Covar. post alios in Clem. Si furiosus, de homicid. §. 4. 2. part. num. 10. per textum in cap. Tuo nos, supra eodem & cap. Sententiam sanguinis, vel Cleric. vel Monach. Deinde quia Clerici dignitatem non convenit, dicto cap. Tuo nos & notat Abbas in cap. Joannes, num. 1. supra eodem, & in cap. Multa, Cleric. vel Monach. post gloss. 4. in cap. Significante, de appellat. tunc vero eventus ex actu illicito secundum hunc modum posteriorem etiam præter intentionem contingens imputatur, si ille eventus per se ex illo opere consequatur, ut docet S. Thomas 1. 2. quæst. 64. art. 8. Itaque patet homicidium casuale ad irregularitatem in imputandum fore danti operam rei illicitæ si is actus sit causa non admodum remota, tamen causa propinqua, seu immediata infici solet, gloss. t. in cap. De castro, supra eod. & Dec. in Authent. Præterea, C. Undè vitæ, post Bart. in l. 1. n. 24. ff. de off. & oblig. aut quoties illicitum opus per se volitum fuerit periculum ex natura sua, ut notant DD. in sup. ult. infra eod. lib. 6. & firmat Covar. loco cit. Alphons.

- Irregularis an sit qui in causa fuit ut artificem per rectum incidere, si ille decidens obierit. Irregularis non efficitur Clericus equitans, si equus disrupto freno, hominem prætereuntem occiderit. Casus non imputatur danti operam rei licitæ. Irregularitas an contrahatur ex levissima culpa. Culpa levissima in committendo transit in culpam levem. Culpa tunc at est, si omnia facta sunt que diligentissimus quique observaturus fuisset. Homicidium imputatur Clerico ad irregularitatem, si præveniat actus conservandi bona etiam extra propositum.

à Cast. lib. 2. de poss. leg. par. cap. 14. Domin. Sor. lib. 5. de just. & jur. quæst. 1. art. 9.

Ceterum pluriusque visum est hunc Clericum non dedisse operam rei illicitæ, tum quia in cap. ex literis, in secundo supra eod. excusatur Monachus, qui opus mechanicum exercebat, quasi rem necessariam ageret, quemadmodum & hic Clericus rem suam in puteum demersam extrahere satagebat, tum quia in hoc c. Clericus danti operam ædificationi dicitur rei licitæ operam dare, tum quia bonorum suorum recuperatio nec suapte natura mala est, nec Clericum de decet, licet per aliquod opus extraneum fiat; neque enim vilior est opere rurali, quod Clerici permissum est, juxta notata in cap. Clericus in sum. 91. dist. 8. cap. Nunquam, de consecrat. dist. 5. & in cap. 1. celebrat. Missar. Tum demum quia Henricus, in sum. lib. 14. cap. 15. ait eum, qui fuit in causa, ut labor lignarius incidere per rectum, ut illud componeret, non esse irregularem, si ille collapsus moriatur, dummodo spontè id operis assumpserit & aliis exercere consueverit.

Itaque cum probabilius videatur hunc Clericum rei licitæ operam dedisse, secundus articulus superest examinandus, an scilicet in aliqua culpa sit ejus homicidii, quod confectum est; & quidem non esse in culpa videtur suaderi primò quia in cap. Dilectus, supra eodem: quid simile contigisse videtur, dum ibi referret disrupto freno quo Clericus fessor equum cohibere nitebatur hominem prætereuntem intestectum fuisse; & nihilominus decidit irregularum factum non esse, quia nec operam rei illicitæ dedit nec ulla culpa præcessit. Quia vero glossa Bernardi ait hic, Clericum equitantem in culpa non fuisse, quoniam fragile frenum non adhibuerat, sed satis validum, pari ratione Clericus de quo nunc agitur excusandus est, quandoquidem fune novo ac satis firmo puerum colligavit qui in puteum demissus est, nec tenebatur omnium firmissimum adhibere, secus fortasse si res haberet si parum diligeret devinctus ille fuisset & ob nequa resolutionem in vitæ discrimen adductus fuisset, argum. leg. Item queritur, §. si prima, ff. Locati.

Deinde hoc ipsum suaderi potest ex c. Joannes supra eodem ubi dicitur. Nos igitur attendentes quòd dicto Sacerdoti quid dedit operam rei licitæ nihil potuit imputari, si casus omnes fortuitos non prævidit; & eundem habetur in textu nostro hic. Quid

De Cler. pugnans in duel. c. Henricus.

Quis omnes casus fortuitos qui prævideri non possunt, forsitan non prævidit. Ex his videtur inferri posse, ut cum hic Clericus daret operam rei licitæ, quamvis non prævidit, imò nec prævidere teneatur quod poticè consecutum est, ab irregularitatis nota liber habendus sit.

Hic tamen non obstantibus videtur respondendum, prædictum Clericum esse irregularem, non me lateo multos sequi opinionem Abbatis qui in c. Quæstio de pen. & remiss. n. 2. ait culpam levissimam non inducere irregularitatem cui subscribit Navar. ibidem Scaili citati à Covar. & ex recentioribus Henricus. Ceterum opposita sententia que placuit gloss. 2. in c. Significasti il primo supra eodem. Host. & Joan. Andr. ibid. juri valde consona est, præsertim cum contrariæ opinionis Autores concedant culpam levissimam in committendo inducere irregularitatem juxta c. consulaisti 3. q. 5. propterea quòd ea transit in culpam levem, juxta gloss. 2. in l. Lege Cornelia, ff. ad Sillan. cum itaque idem Clericus culpam non careat, tum quia firmiorem funem adhibere debuit, arg. l. si servus, §. si ex plastro, ff. ad legem Aquil. tum quia pertrahens prævidere debuit eum qui sursum traheretur onatus periculo obijci, re disrupto fune laboretur, præsertim cum



DE CLERICIS PUGNANTIBUS

IN DUELLO.

Cælestinus III.

CAPUT II.

Henricus Presbiter nobis humiliter intimavit, quòd cum laicum quemdam super furto in sæculari placito convenisset, quia testes sui defecerunt, pugilem secundum pravam terræ consuetudinem introduxit, qui reum usque adeò ictibus vulneravit, quòd coactus est expirare. Quia igitur super hoc consulere voluisti, ambiguitatem tuam refectione hujusmodi removemus, quòd tales pugiles homicidæ veri existunt, nec prædictus sacerdos, licet non ipse, sed alius pro eo in duello pugnaverit, debet in sacris Ordinibus ministrare, sicut tradunt sacrorum Canonum instituta. Homicidium autem tam factò, quàm præcepto, sine consilio, aut defensione non est dubium perpetrari, poterit tamen cum eo, circa habendum beneficium misericorditer dispensari.

SUMMARIUM.

- Irregularis est Clericus, si pugil ab eo datus adversarium occidit, dispensatur tamen cum eo ad beneficium. Consecutus quæ accusatus & accusatus asringitur ad pugnam damnatam est. Duellum purgationis vulgaris quibus rationibus reprobatum. Potentioribus partes esse non possunt. Inæqualitas in iudiciis reprobatum, paritas approbatum. Fortitudo nulla sine iustitia est laudanda. Duellum purgationis vulgaris, quo jure sit prohibendum. Dispensari potest cum homicida voluntario ad obtinendum beneficium etiam in tralium. Et an hæc dispensatio sit debita, adeò ut Superior peccet non dispensando. Clericus homicida est deponendus & perpetuo detrudendus in Monasterium. Verbum potest esse facultatis. Dispensare non potest inferior à Papa, nisi ex causa magna necessitatis vel necessitatis Ecclesiæ. Dispensatio est quædam misericordia. Misericordia quid sit. Papa in his que sunt juris positivi dispensare potest sine ulla causa & sic dispensati sunt tati quoad Deum. Declaratur ibidem, vers. Nihil lex Canonica. Dispensare potest cum homicida voluntario etiam Episcopus ad beneficium simplex, sed ad curatam non dispensat nisi Papa & n. 17. usque in finem. Dispensare an possit Episcopus cum homicida voluntario ad Fagnan. in V. lib. Decretal.

- beneficium curatum prius obtentum, ibidem, vers. Et quamvis. Et quid ad beneficium non curatum cui sit annexum onus ministrandi in Sacris Ordinibus per se ipsum. Et quid si alter beneficium impetaverit in eventum privationis ante accusationem institutam, ib. vers. an auctor Episcopus. Homicida voluntarius in Sacris Ordinibus non dispensatur. Et quid in minoribus. Ordo quilibet in latiori significatione dicitur Sacer. Dispensare an possit Episcopus cum occulto homicida etiam in Sacris. Homicida voluntarius etiam occultus ex Concilio Tridentino omni ordine, beneficio & officio Ecclesiastico perpetuo carere debet. Concilium Tridentinum, c. 7. sess. 14. excludens voluntarium homicidam à spe dispensationis an habeat locum in jam promotò ad Sacros Ordines & n. seqq. Dispensationis gradus tres. Promovendus facilius repellitur quàm deicitur promotus. Concilium Tridentinum nec voluit nec potuit adimere Papam facultatem dispensandi in Sacris Ordinibus cum voluntariis homicida. Papa an possit dispensare quoad Ordines cum homicida voluntario. Ecclesia nunquam dispensat super homicidio voluntario etiam ex mansuetudine & n. 32.

inducit Ancharan. in esp. Ea qua, numer. 17. de regal. jur. in 6.

15 Tertio in casibus in quibus Clericus est pennis legalibus puniendus, hoc fieri non debet absque eo, quod a iudice Ecclesiastico tradatur Curie seculari, cap. Cum non ab homine, de iudic. cap. Ad falsarios, de crimine falsi, cap. Ad abolendam, de heret. cum concordant. Ergo similiter ubi laicus ob delictum Ecclesiasticum, vel mixti fori est pennis corporalibus afflictiendus, id fieri non debet ab Ecclesiastico absque traditione; argum. l. i. ff. Quod quisque jur. & cap. Cum omnes, de Constitut.

Ita arguit Anchar. in dict. cap. Cum Episcopus, eodem, a. prope fin. vers. Item in casibus, de offic. Ordinar. lib. 6.

16 Quarto, assertur doctrina Innocent. in cap. Significasti, num. 4. de offic. Deleg. ubi (Non credimus, inquit, quod delegatus Papae in rebus que non sunt ejus jurisdictionis, in possessionibus laicis possit dare possessionem corporalem, puta si cognoscit de dote vel de aliis consimilibus; sed litem iudici dandam mandavit,) allegat textum in leg. Admodum, §. i. ff. de re iudic. cap. Cum ad verum, §. 6. dist. 8. cap. De persona, in fin. 1. quast. 1. Dicitur Innoc. sequuntur Host. & Bald. ibidem, Joan. Andr. vers. Quid de iudicialibus, Henricus. Boich. vers. Sed istas opiniones, Anchar. sub num. 4. vers. Tertio quarto, ubi post Hostient. dicit hoc esse iustitia. Item Batr. prope finem. Cardin. in Clem. 1. quast. 110. de offic. deleg. Ancharan. qui loquitur etiam in Ordinario & pluribus hanc opinionem tenet in dicto capite. Ea qua, numer. 17. vers. Et ego non habeo casus, de regal. jur. in 6. Sudden non obitare illum rationem quod ex quo Episcopus habet potestatem cognoscendi de possessionibus laicis; Ergo & potestatem exequendi nam illa consequentia non est bona inter non subditos.

Ultimo, ostendi aliter, hanc opinionem videtur tenere gloss. in Clem. 1. §. Cateram, in verb. Conjurata de usur. Oldrad. conf. 86. incipit. Quia ut ait Ecclesia, sed non firmat Joan. de Imola in dicto capite. Cum Episcopus & hic etiam Anchar. sed prope finem neutram videtur approbare. Hanc tamen late tenet in dicto capite Ea qua regul. jur. in 6. & Latus Joan. de Lup. in cap. Per vestras, in 2. notab. §. Sed est fulticia dubitatio, n. 18. de donat. inter virum & uxorem.

Ex communem dicunt Joan. Andr. ad Speculat. in rub. de offic. Ordin. littera A. vers. Communiter tenentur inferiores Praelatos potestatem, de qua quaeritur non habere in laicos preter crimen heretici, & in titul. de major. & obedienc. cujus dictum refert Anchar. loc. citat. Prou etiam illum referunt quasvis oppositum sentiant Foller. Pract. crimin. Canon. l. 97. num. 52. & seq. & Auzer. de part. Eccl. super laicos, n. 1. De comuni etiam testantur Geminian. licet ipse contrarium teneat in dicto capite. Cum Episcopus, col. 2. vers. Communiter tenentur Bald. in dicto capite. Significasti, de offic. deleg. ubi & Felinus quamvis & ipse sentiat oppositum, Menchaca lib. 3. de testament. §. 22. post n. 17. Licet credat eundem hanc esse numerum eorum qui contrarium sequuntur, Clar. in §. pa. quast. 37. vers. Unum tamen, Joan. Lapus ubi supra, & Michael Graff. lib. 2. commun. opin. c. 8. n. 4.

Et communem hanc sententiam etiam in practica observari & ab ea non esse recedendum & secundum illam fuisse iudicatum in facti contingentia testatur Clarus loco citato de Pap. lib. 1. tit. 5. articulo 26. Maxaver. in prax. de iudic. & cor. iurisdic. num. 20. colum. 2. in princ. versic. Item Episcopus, nisi in casibus privilegiatis, ut hic Boer. decisio n. 227. n. 11. ubi affirmat ita fuisse per plura astricta declaratum, ut habetur in illo Parlamento. 4. part. de arreji. §. 26. & seq. & idem Boer. lib. de Coniunct. Bitarig. tit. de jur. glof. 1. circa med.

Pro contraria vero opinione, id est licere Ecclesiastico iudici in causis criminalibus Ecclesiasticis vel mixti fori procedere ad capturam adversus laicos adducitur textus nobis ponderatus, ut supra in ultim. notab. qui efficaciter probat hanc partem.

18 Secundum adducitur textus in cap. Contra idolorum, 26. q. 5. quia videtur loqui in crimine sacrilegii, ut innuunt verba illa, eosque à tanti labe sacrilegii, &c. Et tamen Gregor. scribens ad Janarium Episcopum sic precipit, ad siquidem servi sint verberibus, & cruciatibusque quibus ad emendationem pervenire valeant, castigentur, si vero sint liberi, inclusione digna, districteque in penitentiam redigantur, ubi gloss. ex text. colligit licere Episcopis aliquos verberibus castigare & in carcerem mittere reos & alio modo punire nobiles atque ignobiles. Nisi dixeris textum loqui contra idolorum cultores, arripices & fortilegios, in crimine autem heretici non est dubium, ut initio diximus.

Tertio, assertur textus clarus in Authent. causam qua, in fin. Cod. de Episc. & Cleric. ubi disponitur, ut executores laici qui trahunt Monachos ad iudicium seculare ab

Episcopo in carcerem detradantur. Nec refragatur, quod Anchar. in dict. cap. Ea qua n. 17. dicit hoc hic esse speciale, ut in heretici. Quandoquidem delictum illud non est adeo grave; ut decisio illius authentice possit dici specialis ut in heretici propter criminis immunitatem iuxta textum in c. Per tuas, §. Cateras, de simon.

Quarto, idem probat generaliter textus in c. Attendendum 17. quast. ubi contra usurpantes bona Ecclesie visibus de dicta Urbanus in Epist. ad omnes Episcopos scribit his verbis; Quod si quis fecerit post debita ultionis acrimoniam qua erga sacrilegos iure promovenda est, perpetua damnationis infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetua deportationis tradatur; ubi gloss. in verb. carceri. (Nota, inquit, quod Ecclesia habet carcerem & infligit penam relegationis) verbum autem illud, si quis, aptum est comprehendere tam Laicos quam Clericos; c. ubi Doctores de Baptismo. cum crimen sacrilegii sit mixti fori, decisio. Pedemon. 103. n. 7. Clar. in §. fin. qu. 3. n. 6.

Quinto, qualitas delicti Ecclesiastici vel mixti fori efficit laicum de iure Ecclesie, Authent. Item nulla, ubi notatur, Cod. de Episc. & Cler. c. Cum sit & c. Ex tenore, de foro compet. Ergo ad Episcopum spectabit eundem iure laicum, sive Clericum punire. Ita Oldrad. conf. 86. Oportet an Ecclesia circa mel. vers. In contrarium de Anchar. in cap. Cum Episcopus, prope fin. vers. In Contrarium, de offic. ordin. in 6.

Secundo, in criminibus atrocioribus ad forum Ecclesiasticum spectantibus in quibus venit poena irroganda mortis, iudex Ecclesiasticus non potest hanc penam infligere, sed debet reum tradere Curie seculari secundum Constitutiones legem puniendam, c. Ad falsarios, de crimine falsi, ubi gloss. in verb. Tradantur, dat concordantia. Iteque sive reus sit Clericus, sive laicus, ut innuit litera hic per quem, (id est potestatem seculari,) & laici qui fuerint de sacrilegio convicti, (sicut per Iudicem Ecclesiasticum puniantur prout iurisdictione, de qua in cap. Novimus, de verb. signific. Id autem necessarium supponit Iudicem Ecclesiasticum habere reum sub iura corporis custodia, quia alias nunquam posset esse locus huic traditioni.

Septimo, concessa iurisdictione, quod est principale censetur etiam concessa accessoria seu media ad illam exercendam, c. Praterea, de offic. deleg.

Nec obstat quod ait Anchar. in d. c. ea qua n. 17. de regal. jur. in 6. quod ex quo Episcopus habeat potestatem cognoscendi, non sit inferendum ut habeat potestatem exequendi, eo quod hoc consequentia non sit bona inter non subditos; & quod est laici in causis Ecclesiasticis vel mixti fori fortiorum forum Episcopi, non propter deici possit subditi, ut inquit gloss. in Clem. 1. de foro compet. cum in multis iura deie potestatem cognoscendi, sed non exequendi, ut l. d. Divo Pie in princ. de re iud.

Id inquam non obstat, quia laicus in eiusmodi causis fortiorum forum Episcopi & efficitur illius subditi etiam ratione personae, ut probat iura superius adducta, alius non potest excommunicari iuxta c. primus de offic. ordin. cum simi. ergo cum res agatur inter subditos erit bona illatio, Episcopus habet potestatem cognoscendi, ergo & exequendi iuxta textum in d. c. praterea. Et hanc opinionem sequuntur glossa in d. c. contra idolorum 26. q. 5. Oldrad. d. conf. 86. ubi inclinat in hanc partem, licet alii illam adducant pro contraria. Gemini. in cap. cum Episcopus de offic. ordin. in 6. col. 2. vers. Sed quare, ubi asserti sibi nunquam placuisse contrariam opinionem, licet fateatur etiam communiter teneri Francoe thidem, vers. Quis nota de contrario sensu. Joan. de Anan. hic & in rub. de iurisdic. n. 5. Felin. in c. cum sit generale, de foro compet. n. 20. & in d. c. Significasti col. ult. de offic. deleg. Covar. pract. q. c. 10. n. 2. vers. Secundo quoties. Alios larus, §. fin. q. 31. n. 8. adiciens in numero totidem esse tenentes hanc partem ac qui contrariam; & tamque pluribus comprobatur & ab objectis tenetur Barbat. inter conf. crim. tom. primo, consilio tertio, numero decimo secundo in fin. Auzer. de potest. Eccl. & secul. n. 1. ubi ait sic ita practicasse, licet non sine aliqua murmuracione iudicum secularium.

Eandem & leges Regie admiserunt & probantur expressim ut testatur Covar. c. 10. loc. cit. & Episcopus Mentis Marani in praxi Archiepiscopali c. 13. n. 2. art. in regno extate c. 104. quod Praelati in criminibus Ecclesiasticis cognoscant libere contra laicos & puniant eos, nec officiales laici possint se intermittere.

Ex his constat hanc posteriorem sententiam non esse gravibus Autoribus deservitum & procul dubio esse veriorum, etiam circumscriptis Tridentini Concilii dispositione, quia textus pro ea allegati, quia loquuntur de captura laicorum per iudices Ecclesiasticos id probant directo, textus vero in contrarium adducti inducuntur omnes sumpto argumento à contrario sensu, quod tamen argumentum non deservit ubi

oppositum

oppositum reperitur statutum à iure, glossa in c. Significasti, de foro competenti. Atque ita non sequitur, Episcopus excommunicari laicum, ergo non potest illum personaliter distringere. Item Episcopus potest apprehendere Ecclesiasticum, negat, sed potius omittit. Unde solutio peti debet ab aliis iuris quibus de captura laicorum expresse loquuntur, ita in terminis respondet Gemini. in d. c. cum Episcopus col. 3. vers. Et ad textum allegatum in contrarium & Franc. ib. vers. Nec obstant allegata.

Magni etiam ponderis videtur esse, quod facultas procedendi in his causis ad capturam laicorum tribuitur Episcopo, non solum per Sacros Canones, sed etiam per leges Imperiales ut in d. Authent. causam qua, cod. de Episc. & Cler. ut propterea Imperatores videantur iuri suo cessisse, si quod prius habebant, exclusio Episcopi atque in Ecclesiam irrevocabiliter translata, arg. c. Ego Ludovicus, 62. dist. probatur in c. Novis, de iudic. ubi hoc tenet Innoc. n. 6. vers. Vel melius quam hic loquitur Abb. n. 23. vers. Quarta solutio; & alii communiter. Item firmat Archid. in capite Quicumque 11. quastione prima per textum in lege perfecta, cod. de donat. qua sub mod. ubi patet donationem semel perfectam non revocari & Joannes Andreas in c. Constitutus de relig. domib.

Et per hoc cessat etiam primum obiectum distinctionis iurisdictionum, imò argumentum retorquetur, quia ubi crimen est Ecclesiasticum, iurisdictione etiam adversus laicos est attributa iudici Ecclesiastico tantum, ut pluribus probat Henr. Boich. in c. Nos inter, col. 3. vers. Aut quare de purg. Canon.

Ergo ex vi distinctionis iurisdictionum, personalis distinctio non ad iudicem laicum, sed ad Ecclesiasticum pertinet; & in causis mixti fori iurisdictione similiter tribuitur Ecclesiastico, si in causa provenit, cum in his causis in quibus cumulativa est iurisdictione, sit locus praeventionis, c. cum sit generale, ubi Doctores de foro compet. ergo distinctio ipsa iurisdictionum operatur, ut captura laicorum spectet ad iudicem praevenientem; & per hoc patet responsio ad 1. & 2. argumentum contrarium.

Non obstat tertium, quod sicut iudex laicus non punit Clericum ante traditionem, ita nec Ecclesiasticus punire debet laicum, quia non est par ratio, cum laicus non sit capax iurisdictionis spiritualis adversus Clericum, c. decernimus de iudic. sed Ecclesiasticus bene est capax iurisdictionis temporalis contra laicum, ita in specie respondet Oldrad. d. conf. 83 n. 7.

Non obstat quartum de doctrina Innocentii in d. c. Significasti, nam respondetur illum procedere de urbanitate, quia iudex modeste se gerit non exequendo sententiam in bonis laicorum, sed si exequatur, executio tenebit. Quae responsio est Felin. in dicto capite Significasti col. ult. ante numerum quintam, ac praterea opinio contra Innocentium esse veriorum testatur hic Joannes de Anan. in fine, ex quibus patet posteriorem hanc sententiam validioribus rationibus fuisse.

Sed quatenus dubia videretur in terminis iuris communis tamen post Concilium Tridentinum videtur esse extra omnem difficultatem, sive quia correxerit ius commune, quatenus clarè sanxerit, ut iudicibus Ecclesiasticis non liceret laicos personaliter distringere, sive quia quatenus ius commune fuisset dubium, approbaverit opinionem glossae, & Doctores qui scriperunt id licere iudicibus Ecclesiasticis.

Quod ut evidentiùs appareat, observandum est primum, opinionem eorum, qui arbitrantur Episcopum non posse procedere ad capturam adversus laicos, in eo praecipue fundari; quod cum Episcopus haberet contra eos remedium censurae Ecclesiasticae, illo uti deberet, non autem aliis poenis temporalibus, nam ut ait Anchar. in dicto cap. Ea qua sub num. 17. Canones non loquuntur expresse de captura laicorum, sed de censura, ut in cap. Oneranti, de verbos. signific. & similiter cum in Clem. 1. §. Cateram, de usur. decernatur laicum usurarium esse compellendum censura Ecclesiastica, edere codices rationum, gloss. in verb. Censura, non vult ergo, inquit hic Constitutio ipso invito domum ipsius ingredi vel arcam ipsius frangi.

Itaque de iure communi censura erat remedium ordinarium, quia eo iudex Ecclesiasticus primario uti debebat pro executione iuxta sententiam & pro sua iurisdictione, cap. Dilecto, de sentent. excomm. lib. 6. distinctio vero personalis, fuit invocatio brachii secularis erat remedium extraordinarium, hoc enim utendum non erat, nisi cum censura non proficerebat, iuxta notata in cap. 1. de offic. Ordin. & alia perpendit Sacra Congregatio id respondit Episcopum posse ex decreto Concilii in dicto capite 3. in omni mixti fori adversus laicos etiam poenis pecuniariis procedere.

Deinde supponendum est Oratores Regis Catholici, dum adhuc Tridentinum Concilium esset apertum Regis nomine conquestos fuisse, quod locorum Ordinarii nimia facilitate Fagnan. in V. Lib. Decretal.

uterentur gladio excommunicationis, indeque fieret ut fideles illaquearentur & censura Ecclesiastica contemnerentur, ac proinde instituisse, ut Patres statuerent, ne de cetero liceret uti excommunicatione, sed prius deberent Ordinarii alia remedia experiri pro iustitia executione, ac demum in subsidium censurae adhibere, ubi executio realis vel personalis fieri non posset, itaque praecipue ad illorum instantiam Patres addiderunt decretum illud cap. 3. sess. 25. de reform. ut patet ex actis quae in Arce S. Angeli habentur.

Ex his inferitur ut haec controversia sit hodie dirimenda ordine converso, quae dirimenda esset de iure communi, tunc enim iudicere Episcopus uti non deberet remedio extraordinario capturae, quia illi suppetebat remedium ordinarium excommunicationis. At post Concilium executio realis vel personalis effecta est remedium ordinarium & excommunicatio remedium extraordinarium & subsidiarium, unde non est ambigendum quod Iudicibus Ecclesiasticis in causis ad eorum forum pertinentibus liceat ad capturam contra laicos primo & principaliter procedere, cum censura sit reservata in subsidium duntaxat.

Id autem probatur primo ex decreto d. c. 3. in proemio in sui ratione hic, Excommunicatio gladius iobris, & magna circumspexione exercenda est; cum experientia docet, si temere aut levibus ex rebus incutitur, magis contemni quam formidari. Quae quidem ratio aequè viget cum Episcopus procedit contra Clericos ac cum contra laicos.

Deinde probatur ex dispositiva in sui generalitate, hic, In causis vero iudicialibus mandatur omnibus Iudicibus Ecclesiasticis, ut quicumque executio realis vel personalis ab ipsis propria auctoritate fieri poterit, abstinere à censuris Ecclesiasticis. Quae verba tanquam generalia sunt apta comprehendere causas tam civiles quam criminales & personam tam Ecclesiasticam quam seculares.

Tertio, Concilium expresse prohibet usum censurarum in causis civilibus ubi potest fieri executio realis vel personalis etiam contra laicos, vers. Sed licet eis, hic, contra quoscumque etiam laicos; ergo idem dicendum in criminalibus, quia eodem modo sortitur laicus forum Ecclesie ratione delicti ac ratione contractus. Auth. Item nulla, Cod. de Episc. & Cleric. & cap. 1. de Offic. Ordin. facti cap. fin. de foro competenti. & c. Valentes & de privi. in 6.

Et confirmatur ex dictione illa, quoque, hic, in causis quoque criminalibus; nec non ex dictione, ut supra, hic ubi executio realis vel personalis ut supra; & quarum prima est copulativa, & inducit repetitionem praecedentium, leg. In repetendis, ff. de leg. 3. l. Sept. §. Cajo, ff. de iur. iurisdic. Oldrad. conf. 103. Quastio est, numer. 4. vers. Quastio est, numer. 4. vers. Quarto hoc de notat, secunda item est repetitiva praecedentium cum omnibus qualitatibus, penite ac si nominatim essent expresse Gravet. conf. 729. numero decimo & sequenti, & Decianus conf. 72. n. 46. lib. 2.

Cum igitur Concilium primo illic statuat, ut in causis civilibus contra quoscumque etiam laicos liceat Episcopis etiam per multas pecuniarias, seu per captionem pignorum personarumque distributionem procedere & mox immediate subiiciat, in causis quoque criminalibus, ubi executio realis vel personalis ut supra fieri poterit, à censuris abstinere, manifestè patet per verba illa, contra quoscumque etiam laicos, ceteri etiam repetita in secunda clausula, ubi de causis criminalibus disponitur.

Et revera maxime absurdum esset, ut liceret Episcopo procedere ad personalem executionem in causis civilibus, & tamen non liceret in criminalibus in quibus longè major est ratio necessitatis personalis distributionis.

In causis etiam civilibus carcer est regulatè interdictus Oldrad. conf. 54. An fugiens, in princ. Roman. conf. 120. Circa primum, col. 2. vers. Tertio quis, ubi apostillata plures cumulat, & dicit communem; scilicet in criminalibus praesertim capitalibus, Joan. de Anan. conf. 1. in princ. qui reddit rationem, ne frustratorium sit iudicium.

Rursus in causa civili inveniuntur privata utilitas creditoria; ac in criminali sive carcer sit ad custodiam, ut de iure civili, leg. 1. ubi not. Cod. de custod. reor. sive sit ad poenam, ut de iure Canonico, c. Quamvis, de pan. lib. 6. verlatur publica utilitas, iudicere enim delinquentes archa possunt custodia mancipari, ut legitur in cap. Ut sume de sentent. excomm. quia Praelati eiusmodi excessus corrigere debent, & publice utilitatis interese nec crimina remaneant impunita & per impunitatis audaciam fiant qui nequam fuerunt nequiores, facit cap. Epi injusta, misericordiam & per totam 23. qu. 4.

Idemque non obstat, quod Concilium dum loquitur de causis civilibus dicit licere Episcopis procedere per multas pecuniarias, personarumque distributio nem contra quoscumque etiam laicos, in causis vero criminalibus nullam laicorum mentionem facit, nec dicit Episcopis licere ad personalem distributionem procedere; sed simpliciter debere abstinere

Fagnan. in V. Lib. Decretal.

gradus minores, praesertim cum inter promotum & promovendum sit maxima ratio divergentis, nam is qui non est promotus ad Sacros, poterit uxorem ducere aliisque rebus se addicere. At promotus quid agat, cum nec ministrare possit nec retrocedere liceat. Præterea de jure communi erat ei danda dispensatio ne mendicare cogere, c. 2. de Cler. pugn. in ducl. ubi dicunt Doctores hujusmodi dispensationem esse quasi debitam, si Clericus sit corrigibilis. Justinianus eandem opinionem secutus est ut promotus non comprehendatur, nam verba Concilii non possunt convenire promoti, hic promovendi, hic conferri.

Dicitio autem, sed, quae subsequitur est continuativa cum omnibus qualitibus; & sic verba sequentia intelligenda sunt retento eodem themate de promovendo; & cum verba non sint apta comprehendere promotum verè multò minùs comprehendunt promotum, quàm deiciatur promotus, gloss. in cap. Ex tenore, de tempor. ordi. Covarruv. in 2. part. relect. Clemen. si furiosus, de homicid. §. 3. numer. 4. Ponderavit etiam textum in cap. 6. sess. 24. dum à facultate tributa Episcopis dispensandi in calibus occultis excipit homicidam voluntarium: nam si ex cap. 7. sess. 14. esse decretum ut non dispensaretur etiam promotus, illa exceptio esset de iudicabili. Id etiam comprobatur observantia subsecuta, quia in Penitentia & in Signatura Gratiae passim concessæ sunt promotis hujusmodi dispensationes, quod si fecisset, sequeretur absurdum, nam si homicidium esset ita occultum ut manifestari non posset, cogere talis promotus abstinere cum periculo, ut de se suspensionem induceret. Neque obstat, quod in cap. Miror, 50. dist. 14. tam promotus, quàm promovendus arceri videantur ab altaris ministerio, quia Concilium non tollit, quod erat dispositum de jure veteri, sed illud relinquit in terminis, in quibus erat ante Concilium & tantum sub nova prohibitione non includit. De Monte & Paravicinus idem cum Justiniano sententiam. Præterea procliviorum se esse dixit in contrariam sententiam. Primum quia Canones antiqui æque prohibent dispensationem in promotis, sicut in promovendo: quia propter Concilium quod juris veteris prohibitionem forte non observantam innovari voluit, utrumque includere voluisse credendum est. Secundò, quia cum verba in principio sunt posita per modum rationis, ex ea debet extendi dispositio, dummodo verba dispositio sit apta comprehendere etiam latè sumpto vocabulo. Verbum autem, careat, positum in Concilio includit etiam habentem, cap. Clericus 50. dist. & sic etiam promotum. Tertio, quia ultima pars dict. cap. 7. abique dubio loquitur etiam de promotis: Ergo & prior, cum una pars legis declarat aliam. Ad ponderationem exceptionis positæ in capite sexto sessione 24. respondit esse positam ad majorem declarationem, ne Episcopus sibi tributam putaret facultatem dispensandi cum homicida voluntario. Sanctorum Quatuor eximiam promotum non comprehendit, nam de jure antiquo non erat promotus ablati (post dispensationem). Hostenius in cap. Sicut, de homicid. ubi Cardin. de communi testatur; & quia dum Concilium loquitur de beneficio, non procedit in jam collato, quod non vacat nisi homicida eo priveretur, ergo etiam cum disp. ut da Ordine non est intelligendum de jam collato, ut una pars leg. declarat per aliam. Non obstat ratio Concilii, quæ aptari videtur tam promotis, quàm promovendo, ibi, ab altari avelli debet: nam cum lex disposit de ratione, non autem ratio de lege, non est attendenda ratio. Burghelius etiam opinionem tenuit negativam, quia difficilior est dispensatio cum promovendo quàm cum promotis, quia Episcopus de jure veteri non poterat cum homicida voluntario dispensare, ut promoveretur ad minores Ordines & tamen poterat, ut in susceptis Ordinibus ministraret. Nec obstat quia loquuntur de irregularitate, non de dispensatione. Blanchetius fuit ejusdem sententiæ. Davila eximiam promotum quoad promotum nihil fatuisse Concilium, sed reliquisse in terminis antiquorum Canonum, quia circa beneficia promotus dispensatur, cur ergo non debeat dispensari quoad Ordinem susceptorum executionem? Ratio autem dicti decreti in materia generali non sufficit ad ampliandum. Mantice dixit has discordes sententiæ posse distinctiones facere conciliari: nam homicidium esse duplex, unum ex proposito, aliud in rixa. In primo casu credit Concilium comprehendere etiam promotum, in secundo minime. Arigonius putavit Concilium tantum disposuisse de promovendo: nam cum promotus facultas dispensatur, quàm cum promovendo, cap. fin. 15. quaest. 1. ubi gloss. notat. Secundò, quia si Concilium voluisset includere promotum, usum esset aliis verbis puta suspensionis ab Ordinibus jam susceptis, quemadmodum usi sunt Canones in cap. Ex tenore & cap. final. de tempor. ordi. Tertio quia abique eo, quod Concilium comprehendat promotum, factis operatur in promovendo, in quo sufficit omnes juris antiqui dispensationes, nam Covarruv.

in Clement. Si furiosus, §. 3. num. 6. de homicid. refert plures tenentes Episcopum posse dispensare ad minores, quàm dispensationem Concilium fuit, sicut & illorum, an possit Episcopus dispensare cum homicida occulto & plures alias similes. Quarta, quia non est dubium Concilium non comprehendere beneficia jam obventa ante homicidium & tamen si comprehenderet promotum, includeret utique etiam hujusmodi beneficia. Non obstat textus in cap. fin. de tempor. ordi. & alii similes Canones agentes communiter de promotis & promovendo, quia in eis non agitur de dispensatione, sed an peracta penitentia ministrare possit tam promotus, quàm promovendus. Viscontius idem censuit Concilium habere locum in promotis tum propter generalitatem, proemittit, tum propter finem Concilii, quod voluit omnia in melius reformare; quod non fecisset, si promotos non comprehendisset, quemadmodum illos comprehendebat jus antiquum, ut habetur in cap. Miror, 50. dist. 14. & in cap. fin. de tempor. ordi. in quibus est agitur de irregularitate, non de dispensatione, tamen etiam de jure communi homicidam voluntarium quavis promotum non debere dispensari, scribit Hostien. in Summ. tit. de homicid. §. fin. Tum denique, quia promotus magis delinquit & propterea magis debet excludi. Sancti Marcelli air fe aliquando esset sentit, sed auditis singularum sententia existimare Concilium non includere jam promotum ob aductas rationes, quibus addidit quod Marian Socin. in cap. Ad audientiam, de homicid. ait in promovendo difficultatem esse dispensationem.

S. D. N. prohibuit hanc opinionem, ut Concilium promotum non includat. Porro hæc dispositio eo tantum sine proposita est, ut ap. 16. pareat Romanum Pontificem non facere contra Concilium, cum dispensat super irregularitate esse homicidium voluntarium cum jam promotis ad Sacros Ordines, quia hic casus in Decreto Concilii non includitur, ut est decisum, non autem fuit proposita ut inde cognoscatur an Papa possit vel non possit dispensare, quoniam Decretum Concilii nec voluit nec potuit etiam quoad promovendos adimere Papæ dispensandi potestatem, ut est textus formalis in c. Innotuit de elect. vers. Quamvis autem Canon; & dixi latissime in c. Significasti, eod. tit. cum præterim idem Concilium Papæ autoritatem expressè præferaverit in c. 21. sess. 25. de reform. ita ut propterea, ut verbi Baldi utar in c. Nisi cum pridem, n. 14. de renunc. Licet Concilium ostendat Papæ quid facere debeat, non tamen ostendit quid facere possit, quia potestas clavium est talis & tanta, ut non recipiat interpretationem restrictivam.

Sed contra hoc objici potest hanc dispensationem inutilem esse, quia Papa dispensare non potest quoad Ordines cum homicida voluntario, ut tenet glossa magna in c. sicut dignum de homicid. & Special. in tit. de dispens. §. Nunc breviter. Nam n. 2. vers. Hæc autem sunt, recenset casus in quibus Papa dispensare non potest & n. 3. verb. Quanto post casum cum homicida voluntario post quantumcumque penitentiam, ut ministrat in officio Altaris, allegat c. fin. sacro de temp. Ord. c. miror 50. dist. c. si quis omnem 1. q. 7. c. ex litteris restis de excess. Prælat. c. Inquisitionis, supra de accusat. & c. 1. de homicid. & idem Specul. in d. tit. §. Juxta, vers. Quamvis autem & per quem n. 61. & vers. Curia Romana n. 63. Ejusdem sententiæ videtur esse Hostienus in c. Suscepimus n. 61. in verbo mansuetudinem de homicid. ubi dicit neque ex manifeste Ecclesiam unquam dispensare cum voluntario homicida, d. c. miror, 50. dist. quin imò ipsum deponere etiam si Episcopus sit, ut in d. c. ex litteris de excess. Prælat. cujus dictum sequitur hic Joannes Andreas n. 4. in eodem verbo. Card. n. 2. & alii communiter. Cui opinioni videtur suffragari quod irregularitas causata esse homicidio voluntario, videtur inducta de Jure Divino, nam dictum est David 1. Paralip. 22. 8. Multum sanguinem effudisti & plurima bella bellasti, non poteris edificare domum nomini meo, tanto effuso sanguine coram me & c. 28. 3. Non edificabis domum nomini meo, ed quod sit vir bellator & sanguinem fuderis, c. si quis omnem, 1. q. 7. c. 1. de consecrat. dist. 1. & tenet Abbas in c. ad audientiam n. 2. de homicid. & hic latissime Mar. Soc. in 4. q. princ. à n. 15. sed Papa non dispensat contra legem Divinam, c. Sunt quidam 25. q. 8. ergo nec dispensat super irregularitatem ex homicidio voluntario, nam ut inquit Specul. in d. §. Nunc breviter n. 3. si David prohibitus est edificare Domino Templum, quia vir sanguinis erat, ed quod figurabat novum Testamentum, ut in d. c. 1. de consecrat. dist. 1. multò magis Sacerdos homicida prohibendus est celebrare, ut hic & in præd. c. miror, etiam si quis interfecit paganos, c. Clericum qui dist. 50.

Verum responderet Hostiensem & communiter Doctores contrarium tenere in d. c. sicut dignum de homicid. concludentes Papam dispensare posse cum homicida etiam voluntario prout de communi opinione testatur Mar. Soc. in d. c. Ad audientiam n. 30. & ad jura quæ volunt vel videntur velle, ut

ut cum homicida voluntario non dispenseret, respondent referenda esse ad difficultatem, ed quod Papa haud facile dispenset, si tamen vult potest, quia videtur ei hoc permittit 1. a lege Divina, nam & in veteri Testamento n. 23. legitur dispensatum fuisse cum nepote Aaron qui vocatus fuit Phinees & duplex commiserat homicidium; & postea permittit fuit Divina ministrare, ut in c. Orceit 25. q. 8. Item Moises Egypcium quemdam interfecit ut refertur in c. Non inferenda 23. q. 3. & tamen Altare Deo crexit & consecravit, Exod. c. 21. & fuit Sacerdos; & hic etiam Turcrem. n. 10. post Innoc. c. 21. & fuit Sacerdos; & tenet glossa in Summa 21. dist. 1. & in c. Sacerdos in major. & obed. & post legem Evangelicam ministravit, ut latius per Holt. in d. c. sicut dignum n. 16. vers. Illud enim notandum est. Adverte etiam, quia Doctores in contrarium citati non dicunt absolute Papam dispensare non posse cum voluntario homicida, nam Speculator in d. §. Nunc breviter, quavis primò videatur hoc tenere, tamen postea recit contrariam opinionem eorum qui dicunt Papam dispensare posse si velit, quavis non deceat per c. proposita ad fin. de concess. præb. necillam reprobat imò in d. §. Juxta n. 61. in fin. cum homicida, inquit, acta voluntario non licet etiam Domino Papæ dispensare; & refert se ad dictum §. Nunc breviter; & sic utrobique respicit ad decentiam, non ad potestatem. Paulo autem infra n. 63. tantum dicit Curiam Romanam non dispensare cum Clerico in homicidio voluntario; & ita non respicit ad potestatem, sed ad filium & observantiam ad quam etiam respicit glossa magna in d. c. suscepimus, dum similiter dicit cum tali Ecclesiam non dispensare etiam ex mansuetudine; & nihilominus hujusmodi observantia non subsistit in facto, imò enim Sedes Apostolica multoties dispensat cum jam promotis ad S. Ordines, licet homicidium sit publicum & ad forum contentiosum deductum; & S. aliquando dispensat in Signatura Gratiae per unquam autem remittit supplicationes ad Sacram Congregationem Concilii, quæ præcipue considerare solet an homicidium fuerit commissum per industriam, seu præmeditatum & per insidias, juxta text. in cap. 1. de homicid. & in cap. 7. sess. 14. Concilii Tridentini; an verò calore iracundie & in pura rixa, an occidens fuerit rixæ autor, vel provocatus; an tantum temporis excesserit à die perpetrati homicidii ut illius memoria vir obliterata in loco & sic cesset scandalum & honor, ut vir sanguinolentus ministrat in altari, quæ fuit causa irritandi hujusmodi irregularitatem, secundum Laud. & Cardin. in Clement. 1. n. 20. in 18. q. de homicid. Anve ad eo tempore orator à ministerio altaris abstinuit. Rursus an obtinuerit pacem à parentibus, vel consanguineis defuncti, anve cum fisco concordaverit. Item an ellet aliis bonæ conditionis & famæ; & an post delictum semper laudabiliter vixerit ex litteris testimonialibus Ordinarii & alia pie-raque id genus, quibus permissis Sacra Congregatio retractis concedendam vel non concedendam esse dispensationem, cum quo rescripto remittit supplicationes ad Datarium; & quæ postea de ipsius Congregationis voto expediuntur litteræ; ad effectum verò integrandi religionem multò facilis dispensatur, cum clausula tamen; Si & postquam orator professionem emerit regularem, ne aliquo dispensatione simpliciter obventa ante annum probationis elaplum à reigione discederet & quasi illudens, per fraudem celebraret propterea enim dispensatio caute confertur in tempus post emissam professionem.

In homicidio autem voluntario occulto longè frequentius cum jam promotis dispensat S. Penitentiana si urgens, juxtaque ratio id possit, veluti si Sacerdos è loco commissi delicti discedere nequeat, nec ibi abstinere possit à celebratione Missæ, quin scandalum generet & suspitionem præbeat de perpetrato homicidio, cujus autor ignoratur. Aut si ratione Parochialis, vel alterius beneficii Ecclesiastici obstrictus sit celebrare, nec possit illud dimittere, puta quia ad illius titulum fuit ordinatus, nec aliunde habet unde videre possit. In his planè casibus & consimilibus, qui in dies contingunt necessitas ipsa cogit ad dispensandum; licet in atrocissimis aliquando rescriptum fuerit ut homicida ingrediatur aliquam de religionibus approbatis; & quidem multa cum ratione, ut sic ingressus religionis succedat loco pœnæ perpetuæ sententiam in Monasterium, quæ improvera esset, si homicidium esset publicum, ut in cap. Twa, infra de pan. prout hæc omnia tam Sacra Congregatio Concilii, quàm in Signatura S. Penitentiarie sæpissime experti sumus. Hujusmodi autem consuetudo, & conservantia Ecclesie Romane præselet autoritati consuetudine Doctores, ut docet Sanctus Thomas in 2. 2. quaest.

10. art. 12. Pro qua observantia facit, quod tenet Innocent. in c. Nisi cum pridem, n. 8. supra de renunc. ubi dicit irregularitates omnes & illarum pœnas esse de Jure Divino & ex constitutione Ecclesie; & idem Papam in omnibus irregularitatibus dispensare, cujus dictum sequuntur, ibi Hostien. num. 72. Joan. Andr. num. 14. Bald. 42. num. 14. ac ceteri omnes Gemini in cap. 15. qui, in princip. de sentent. excommunicat. lib. 6. Quinimò irregularitatem ex homicidio non esse, nec fuisse inducitur Legè veteri Divina post gloss. in Summa, 21. dist. in verb. Et minores, pluribus probat Covarr. in dict. Clement. Si furiosus, in 2. part. §. 3. num. 3. ubi etiam addit, quod etiam in veteri Testamento fuisset instituta, tamen hodie post Legem Evangelicam minime vim legis ea institutio haberet, cum Jus Divinum Legis Evangelicæ nihil de ea restituit. Unde concludit hanc irregularitatem in homicidio voluntario nunquam meminim dispensatum. Hæc de Summo Pontifice.

Quo verò ad Episcopos cum jam decimus fuerit dict. cap. 7. sess. 14. arcens voluntarium homicidam à dispensatione non habere locum in jam promotis ad sacros Ordines, hinc sequitur, ut casus promoti tanquam omisit à Concilio regulari debeat secundum juris communis dispositionem. De jure communi autem si agatur de executione sacrorum Ordinum manifestum est Episcopos non posse dispensare, ut hic deciditur in vero. Non debet, secundum omnes in capite Continebatur supra de homicid. & in c. Miror, 50. dist. cum concord. si verò agatur de reabilitatione ad exercitium minorum Ordinum varie sunt opinionones, discrepant enim Innocent. & Holt. ut dixi supra in 3. notab. sed quoad beneficium simplex conveniunt omnino Episcopos de jure communi posse dispensare, ut similiter dixi in 2. notab. Unde secundum hoc non obstat Concilio Tridentino salva esse Episcopis dispensandi facultas quoad beneficium simplex & his ad hoc esse sub Jure quoad minores Ordines, licet Navarr. in Manual. c. 27. n. 230. vers. Quare nota simpliciter dicit post d. cap. 7. non posse Episcopum dispensare cum homicida voluntario ad ulios Ordines, neque ullum beneficium simplex quod potest procedere quoad suscipiendos, non autem quoad jam susceptos secundum prædicta. Ceterum etiam hæc verba sint inspecto decreto d. c. 7. sess. 14. tamen quod spectat ad cap. 6. sess. 24. secus dicendum videtur. Credimus enim hoc decreto fuisse ademptam Episcopis omnem facultatem dispensandi cum voluntario homicida, etiam occulto non solum quoad executionem minorum Ordinum de quibus erat dubium, sed etiam quoad beneficia simplicia de quibus nulla erat controversia. Quod ut evidentius apparet observandum est ex dispositione juris communis Episcopos in plurimis casibus posse dispensare super irregularitatibus & suspensionibus adeo ut in cap. Dilatus, n. 2. sup. de temp. ordi. recenseat duos & viginti casus, in quibus dispensare & viginti unum in quibus non possunt quos idem enumerant hic Holt. n. 3. Joan. Andr. n. 13. in fin. Butr. num. 17. Card. n. 4. & Abb. n. 7. de quibus latius in Specul. in tit. de dispens. §. Nunc de Episcoporum, & per Dominum Antonium in 3. par. tit. 22. cap. 7. Concilium verò volens in casibus occultis ampliare potestatem Episcoporum usum est verbo illo, licet, quod est aptum non solum includere facultatem quam prius habebant, sed etiam novam adjungere; & sic pro regula constituit, ut licet Episcopis dispensare in irregularitatibus omnibus & suspensionibus ex delicto occulto provenientibus non solum in illis casibus, in quibus poterant de jure veteri, sed etiam in illis in quibus non poterant. Dum autem usico contextu excipit irregularitatem ex homicidio, ut exceptio sit de regula, censeri debet eam exceptio non tantum à nova facultate eo decreto Episcopis attributa, sed etiam ab illa quam prius habebant de jure communi, ita ut sic sensus, ut possint dispensare tam in casibus in quibus poterant suo juri, quàm in illis in quibus non poterant, nullis tamen casibus liceat illis dispensare in irregularitate proveniente ex homicidio voluntario. Quo sensu Concilium abque dubio ademit Episcopis facultatem si quàm prius habebant dispensandi super homicidio voluntario etiam occulto, & consequenter nec licebit eis amodò dispensare ad minores Ordines nec ad beneficium simplex, quia cum Concilium prohibeat dispensationem in genere, utique censetur prohibere quancumque speciem dispensationis, & sic etiam illam quæ sit ad minores Ordines & beneficia simplicia; & de materia dict. cap. 6. sess. 24. vide quæ scripsi in capite. Dilatus à n. 22. supra de temp. ordi.



DE ADULTERIIS ET STUPRO

Gregorius Sipon. Episcopo.

CAPUT II.

Peruenit ad nos, quod Felix quendam virginem stupro decepit, quod si verum est, quamvis esset de lege poena plectendus, nos aliquatenus legis duritiam molientes, hoc modo disponimus ut aut quam stupravit uxorem habeat, aut si renuendum putaverit, corporaliter castigatus, excommunicatusque, in Monasterio, in quo agat poenitentiam, detrudatur, de quo nulla sit egrediendi sine praecceptione licentia.

SUMMARIUM.

- 1 Stuprans virginem de iure Canonico tenetur copulativè eam dotare & uxorem ducere.
2 Sed si omnino eam ducere noluerit, non erit cogendus, sed tamen eam dotabit & punietur, ut hic.
3 Stuprans virginem sine vi ex consuetudine non instigatur alia poena quam ut eam ducat in uxorem vel concederet dotem.
4 Poena de qua hic & in c. praeced. locum habet, si deplorata sit honesta vita, aliàs secus.
5 Ecclesia potest mitigare duritiam legis Civilis.
6 Poena à iure Canonico imposta stupranti virginem, an sit servanda in terris Imperii & n. seqq.
7 Lex Canonica in foro Ecclesiae praevalet legi Civili etiam inter laicos subiectos Imperio & in materia non concernente peccatum.
8 Intellectus huius cap.
9 Clericus propter stuprum cum virgine commissum punitur poena depositionis.
10 Episcopus in causis criminalibus Ecclesiasticis vel mixtis fori, an possit laicos sibi aliis in temporalibus non subditos carceri mancipare & corporaliter punire, licet ex consuetudine adversus laicos ad personalem distractionem procedere non consueverit & n. seq. usque in finem.
11 Episcopus in delictis ad eius forum pertinentibus potest contra laicos poenis etiam pecuniariis procedere.
12 Iudex Ecclesiasticus in causis spiritualibus vel mixtis fori non potest de iure communi procedere ad capturam contra laicos.
13 Jurisdicchio Ecclesiastica & secularis distincta sunt & n. 26.
14 Episcopus de iure communi debet primo uti censura Ecclesiastica & in subsidium brachii secularis auxilio & n. 28.
15 Clericus poenis legalibus affici non debet absque eo quod à Iudice Ecclesiastico tradatur Curiae seculari.
16 Iudex Ecclesiasticus an possit mittere in possessionem corporalem bonorum laicalium & n. 28.
17 Episcopus carcerat laicos pro criminibus sacrilegii, & stupri, quae sunt mixti fori & n. seqq.
18 Ecclesia habet carcerem & instigit poenas relegationis.
19 Laicus in delictis Ecclesiasticis vel mixtis fori efficitur de foro Ecclesiae.
20 Iudex Ecclesiasticus non potest poenam mortis infligere, sed debet eam sive Clericum, sive laicum tradere Cu-

- riae seculari & n. 27.
21 Iudex qui habet potestatem cognoscendi, an etiam habeat exequendi.
22 Argumentum à contrario sensu non procedit ubi oppositum reperitur statutum à iure.
23 Episcopo tribuitur facultas procedendi contra laicos in causis ad eius forum pertinentibus, non solum per sacros Canones, sed etiam per Leges Regiae & imperiales, & n. 25.
24 Episcopus an possit procedere ad capturam contra laicos ex cap. 3. sect. 25. Concilii Tridentini.
25 Censura de iure communi erat remedium ordinarium, post Concilium extraordinarium & in subsidium, n. seqq.
26 Brachii secularis invocatio de iure communi erat remedium extraordinarium, sicut post Concilium.
27 Cap. 3. sect. 25. de reform. editum fuit infansibus Regis Catholici Oratoribus.
28 Laicus eodem modo fertur forum Episcopi ratione delicti ac ratione contractus, ibid.
29 Dicitio, quoque est copulativa & repetitiva praecedentium.
30 Dicitio, ut supra, inducit repetitionem praecedentium cum omnibus suis qualitatibus, ibid.
31 Captura in civilibus regulariter est prohibita secus in criminalibus.
32 Carcer de iure civili est ad custodiam, de iure canonico est etiam ad poenam.
33 Concubinarum & adulteri quibus poenis ab Episcopo sint puniendi.
34 Brachii secularis auxilium qualiter ab Episcopo sit implorandum.
35 Consuetudo secundum quam de iure communi Episcopus non processit ad capturam contra laicos, fuit sublata à Concilio.
36 Iudex tam Ecclesiasticus quam Laicus est competens in causis mixtis fori, & est locus praeventioni.
37 Praeventio in captura praefertur praeventioni verbalis.
38 Captura est de arbitrio iudicis.
39 Praescriptio negativa in facultativis qualiter procedat.
40 Jurisdictionem ordinariam impediens excommunicatur in Bulla Canon.
41 Bulla Canon non solum tollit praeteritas consuetudines, & praescriptions contra impediens jurisdictionem ordinariam, sed etiam futuras impedit suboriri & interruptas.

stuprator tenuerit, finaliter non erit cogendus secundum glossam finalem hic; nam textus loquitur alternativè, aut ducat, aut punietur, ut advertunt Butt. n. 2. Anchar. n. 1. in 3. notab. Abb. n. 1. in primo notab. Joan. de Anan. rod. n. vers. Nota quod captor cogitur, aut raptam ducere in uxorem, aut aliam poenam sustinere, de Mar. Socin. n. 3. in 2. notab. dicens cum qui deploravit virginem, non compelli praecipi cum ea Matrimonium contrahere, sed satisfacere, si non vult pati poenas; sola enim dotis constitutio

sufficit; eam tamen in capite procedenti exigit copulativè, ut eam dotet & in uxorem ducat; nec si ducere recusaverit per solam dotis constitutionem est sufficienter punitus, ut inquit Abb. dist. num. 3. puniri debet persona quae deliquit & non lusa. Neque si omnino recuset eam ducere, praeter dotem quam nihilominus cogitur solvere corporaliter etiam punietur, id est fulsiabitur, secundum gloss. & Doctores. Item excommunicabitur non quidem à communione fidelium, sed tantum à communione sacramentorum, & sic minori excommuni icatione; quousque Superiori visum fuerit, cap. Excommunicat. 3. quasi 4. & cap. si celebrat. de Cler. Excommuni. ministr. secundum glossam fin. Innocent. & Host in verb. Excommunicatus. Item detrudetur in Monasterium, ut hic dicitur, & eadem ad tem. us donec poeniteat secundum Hostie sem, sed perpetuo donec revocetur secundum Cardin. & innuit finis huius Decretali. Verum etsi de iure haec ita se habeant, in practica tamen servatur ut itrotrorsum non cogatur praecipi ad contrahendum cum deplorata Matrimonium, sed alternativè vel ad contrahendum vel ad concedendum dotandam, ut testatur Anton. Gomez in l. Tauri n. 8. & Papo l. b. 22. tit. 9. Arto 9. ubi dicit hodie contra stuprantes virgines sine vi non esse in usum, aliam poenam quam ut illas ducant in uxorem vel concederent dotem; & ita ex factis respondit Cassan. conf. 40. Ita etiam servari in Hispania ubi quotidie fiunt lites super huiusmodi stupris, testatur idem Antonius Gomez ubi supra, numero festivo; & ita etiam se quodammodo vidisse per Senatam Mediolanensem iudicari dicit Clarus in Practica Criminali, §. Stuprum, numero tertio, ver. Sed quarto qua sit poena stupri. Praedicta tamen intellige, dummodo puella quae stuprum passè est sit honeste vitae, aliàs enim non haberet locum dispositio huius Decretalis & capitis praecedentis; & ita haec iura intelligunt Scribentes, ut testatur Paris. consilio 160. numero decimo quarto, libro quarto, ubi in facti contingentia ista consulti & sequitur Clarus loco citato, ver. Haec autem omnia. Secundo nota hic, non aliquatenus legis duritiam molientes, Ecclesiam potest moderari ac mitigare asperitatem & rigorem juris Civilis, quod tenent Doctores dicunt habere locum in foro tantum fori, sed in foro seculari servatur lex Civilis, cum ex eius observantia nullum imminet peccati periculum, ut notat glossa in reg. possessor. de reg. jur. lib. 6. unde in 6. ferunt hic Butt. n. 1. Abb. n. 2. Joan. de Anan. n. 1. in 1. not. & Mar. Soc. n. 4. poenam de qua hic & in praecedenti capite servandam esse tantummodo in terris subiectis Ecclesiae in temporalibus, non autem in terris Imperii in quibus servabitur sua lex, de qua infra. de pobi. jud. §. 2. idem affirmat Clarus in §. Stuprum, ver. Si iudex qua sit poena stupri hic (licet revera dispositio dictorum capitulorum de iure non habeat locum nisi in terris Ecclesiae, non autem in terris Imperii.) Sed tu advertere, quia si in terris Imperii ligatur contra laicum stupratorum in foro seculari, verum est quod dicunt Doctores, servari de iure legem Civilem, verum si agatur contra laicum in foro Episcopali, quod fieri potest cum crimen stupri sit mixti fori, ut dicitur infra in ult. not. usque servanda est poena, de qua in restu nostro & supra in c. prox. Ratio est, quia ubi leges & Canones contrariantur, ut hic casu, etiam in materia non concernente peccatum in foro Ecclesiae servari debet lex Canonica etiam in locis non subiectis temporali jurisdictioni Ecclesiae, ex notatis in c. Cum esset, de testam. & in capite primo de novi oper. nunciat. & tenent in cap. Clerici de iud. Anon. de Butt. n. 11. ver. si materia est mixta & Abb. in princ. Alex. conf. 167. vixi pro. cessu, n. 1. in fin. lib. 2. & alii quos refert & sequitur Felin. in cap. Ecclesia Sanctae Ecclesiae n. 43. ver. Limita tertio de Consist. Itaque in terris Ecclesiae servabitur haec poena etiam in foro laicali, nam in terris subiectis temporali ter Ecclesiae Romanae Canones praevalet legibus, etiam inter laicos & in foro laicali indistinctè, c. si duobus de appellat. per quem textum ita affirmat Abbas in dicto capite Ecclesia Sanctae Mariae & post eum Felin. hic n. 44. in prima declaratione & tenet glossa à contrario sensu in c. in verbo lex Civilis de arbit. in c. in terris autem subiectis Imperio servabitur poena juris Civilis in foro civili & in foro Ecclesiastico poena Canonica per supra dicta. Ultimo nota hic textum notabilem ad hoc non ponderatum à Doctores, quod Episcopus in causis mixtis fori potest laicum corporaliter punire & in carcerem detrudere, hic enim agitur de stupro, quod est crimen mixti fori, ut per Anchar. conf. 169. n. 11. Item agitur contra laicum, ut patet ex eo quod stuprator cogitur in uxorem ducere quam deploravit, quod non amatur Clericus, praefertur in Sacris Constitutis. Et in iure Doctores communitè tenent hanc Decretalem ut per Clarum in d. §. Stuprum, n. 3. ver. Laicus autem

committere stuprum, nam Clericus propter stuprum cum virgine commissum punitur poena depositionis, ut hic per Abb. n. 4. in fin. & est communis opinio ut dicit Gratian. de averf. crim. lib. 4. q. 6. post nam 2. quem refert Diaz in pract. crim. Canon. cap. 77. Bermondus de concub. folio 389. num. 15. & in hoc nulla est difficultas, ut inquit Clarus ubi supra, ver. Sed quarto qua sit poena stupri. Item hic agitur in foro Episcopali, quod patet tum ex eo quod Gregorius refertur Sipontino Episcopo, ut patet ex supra scriptione; & ita poena hic statuta ab Episcopo sunt infligende, cum ad eum verba Pontificis dirigantur, ut arguit gloss. in c. Contra Idolorum, 26. quasi. 5. cum quia in materia non concernente peccatum Ecclesia se non intronitit ad verius laicos in foro civili, ut notat gloss. in cap. 2. in verb. Lex Civilis, ad fin. ver. Sed quid dices, de arbit. lib. 6. gloss. 1. in reg. Possessor. de reg. jur. lib. 6. & dictam supra in 2. notab. tum denique quia stuprator hic habetur excommunicari, quod fieri non potest à iudice laico; & tamen Pontifex iubet hanc laicum, qui virginem ito pro decepti non solum excommunicari, sed etiam castigari corporaliter & in Monasterium detradi, si renuerit deploratam ducere in uxorem. Atque ita hic est textus apertus quod Ecclesia in causis mixtis procedit etiam contra laicos ad personalem distractionem & poenitentiam. Quod multò clarius procedit hodie post Concilium Tridentinum in cap. 3. sess. 25. sed quia nihilominus non desunt graves auctores, qui etiam post Concilium hoc in contrarium adducunt, abs re non erit hunc articulum diligenter examinare. Revoco igitur in dubium, an post Tridentini Concilii decreto cap. 3. sess. 25. de reform. Episcopus, vel alius Ordinarius Ecclesiasticus in causis criminalibus Ecclesiasticis, vel in xti fori possit laicos fori aliis in temporalibus non subditos carceri mancipare & corporaliter punire, licet ex consuetudine adversus laicos ad personalem distractionem procedere non consueverit. Hec quaestio nittur iudem principiis, quibus iam Sacra Congregatio Concilii declaravit, Episcopus, vel alium iudicem Ecclesiasticum in delictis Ecclesiasticis vel mixtis fori posse contra laicos poenis etiam pecuniariis procedere, ut scriptis plenè in cap. Licet, de trans. Verumtamen quia aliquibus videtur ex eo, quod Episcopus possit laicos in bonis multare non rectè inferri, ut possit eos personarum distinguere, ex his, quae ad oravit Joannes Aldr. Butt. & DD. in cap. Uxor, de oblig. ad ratioc. praefertur si oiblet contraria consuetudo; idcirco visum est expedire, ut propositum dubium de personalis distractionis specialiter discutatur. In crimine haeretic non est dubium, cap. Ut commissi, 12. de haer. in 6. & Clem. t. eodem tit. ibi, Quilibet de praedictis sine alio citari possit, & arripere, sive capere, ac etiam compelli, vel manibus ferretur; Joan. Andr. ad Specul. in rub. de offic. ordin. littera A. ver. Conpunitur te notat & in tit. de major. & obed. Quoad alia verò crimina merè spiritualia, vel mixti fori quantum concernere extant DD. sententia, ut evidenter appareat, qualis fuerit mens Tridentinae Synodi, expediret ut altere praecipua aliquot fundamenta, quibus utraque opinio nittur in terminis iuri communi. Et quidem in criminalibus Ecclesiasticis, vel mixtis fori non posse iudicem Ecclesiasticum procedere ad capturam laicorum fundatur. Primo, quia iurisdictione Ecclesiastica & secularis distincta sunt, nec una debet saltem immitti in maiorem alterius, cap. Quoniam, 10. distinctio, cap. Cum ad verum & cap. Si Imperator, 95. dist. cap. Novit, in oritur. de iudic. Joan. Andr. ad Specul. in rub. de offic. Ordin. ver. At negaturum: qua de re plura elegantè scrip. O. Brad. conf. 83. An Episcopus possit delectare forum Regis, per totum; & magistraliter idem Joan. Andr. post Hostien. in cap. Per venerabile, col. 6. in verb. Plenitudinem, Qui sit. legitur. Sed iudex laicus non diluagat Clericos, cap. Si Imperator, ergo nec iudex Ecclesiasticus laicos. Secundo in his casibus debet Episcopus adversus laicos uti censura Ecclesiastica, cap. Cum Clarus, ubi, de perjurio agitur de foro compet. lib. 6. & cap. 1. de offic. Deleg. eaque minime sufficienter utendum est auxilio brachii secularis, cap. 1. de offic. ordin. Atque ita pullo casu videtur ei permissa alia poeitas coercere laicos, ideoque textus in c. Cum Episcopus de offic. Ordin. in 6. cum generaliter egisset de libero arbitrio Episcopi super exercitio jurisdictionis in tota Dioecesi; postea descendens ad capturam personarum retrinxit se ad personas Ecclesiasticas. Ad idem sunt textus in cap. Ut fama, de sentent. excommuni. & cap. Novimus, de verbor. signific. Pro hoc etiam leg. Placeat, Cod. de sacrosanct. Eccles. ubi Episcopus excommunicavit sacrilegum & iudex laicus deposuit & in Authen. de miss. Princip. §. Si verò Canoniam, qua iura allegat, & supra

- 28 *Contrarium n. 24.*
- 29 Irregularitas causata ex homicidio voluntario, an sit de iure Divino.
- 30 Papa contra ius Divinum non dispensat.
- 31 Phinees nepos Aaron fuit dispensatus super duobus homicidiis & permissus Divina ministrare.
- 32 Paulus Apollolus, quamvis homicida, Divina ministravit.
- 33 Doctores asserentes Ecclesiam non dispensare super homicidio voluntario expenduntur.
- 34 Papa dispensat cum promotis super homicidio voluntario aliquando in signaturo gratiae, aliquando remittit supplicationes ad Congregationem Concilii.
- 35 Congregationis Concilii status in dispensationibus super homicidio voluntario

Hereticus. Irregularis est Clericus, si pugil ab eo datus adversarium ejus occidit nec excusat consuetudo, potest tamen cum eo circa habendum beneficium dispensari. Hoc dicit secundum Joannem Andream & Doctores communiter. Secunda hic. *Quia legitur.*

Nota primo pravam esse & damnatam consuetudinem secundum quam accusatus & accusator alitringitur ad pugnam per se vel per alium, ut sic appareat de innocentia vel convinctur de crimine illato; quae dicitur purgatio vulgaris, ut infra de purgato. vulg. Abit enim ista abusus, ut qui vincit in campo sit de jure potior, ut inquit Oldrad. *conf. 191.* Nullo modo, n. 2. Quia multa habet absurda propter quae redditur imperceptibilis, ut hic per eum, & complures rationes cur haec probatio sit reprobata, adducuntur hic. *Host. n. 1. Joan. Andr. n. 3. Butr. n. 12. Anchar. n. 6. & Joan. de Anan. n. 1.* Quarum prima est, quia per talium probationem Deus tentari videtur, c. *Monachiam 2. quest. 4.* Secunda, quia mortes hominum & pericula animarum inde proveniunt, cap. 1. *verf. fin. sup. tit. prox. Concilium Tridentinum in cap. 19. ff. 15. ubi dicitur: De stabilibus duellorum usus fabricante Diabolo introductus; ut crenta corporum morte animarum etiam periculum laetaret.* Quarta, quia non est verisimilis probatio imo verisimile est, ut fortior & potentior debiliorem conculcet, argum. cap. 1. *verf. i. supra in prox.* Etiam potentioribus pares esse non possunt, l. 3. *respons. 1. ff. de alien. judic. mil. cau. fac.* Quinta, quae ex precedenti consequitur, quia vis aut nunquam possunt eligi pugiles utrinque pares in omnibus. In iudiciis autem iniquitas & inaequalitas reprobatur & perillitas approbatur, ut in cap. *Cum inter priorem §. 1. cum hic not. sup. de except. & in cap. 1. §. 1. de mut. test.*

Sexta, quia falsa probatio est, unde nec sententia hac occasione lata in rem judicatam transit, ut in cap. 2. *infra de purgato. vulgar.* Septima, quia nulla fortitudo sine iustitia est laudanda, ut in *Authent. Ut omnia obed. jud. respon. 1. collat. 5.* Ex his consequitur, ut haec species duelli purgationis vulgaris sit omni jure prohibita, prout illam de Jure Divino, Canonico & Civili prohibitam esse pluribus probat hic Mar. Soc. n. 9. & seq.

Secundo nota, cum homicidio voluntario dispensari posse quoad obtinendum beneficium, etiam in titulum, ut probatur in cap. *Presbiterum 28. dist.* ponderando litteram hic *Cathedram quidem habere, sed ab officio abstinere praecipimus* & hoc tenet Goffred. quem hic sequuntur Joan. Andr. n. 2. in *verb. Beneficium*, Cardin. ante num. 1. in *cod. verb. Geminian.* in cap. *Studeat*, per illum textum in *verb. Verum si Presbiter*, 50. *dist.* Imo dicunt Doctores hanc dispensationem esse debitam, adeo ut Superior dicitur peccare, nisi dispenset si Clericus sit corrigibilis per dict. cap. *Studeat*, & dicit. cap. *Presbiterum*, ne scilicet cogatur in Clerici opprobrium mendicare, c. *Diaconi*, hic; *mendicat infelix Clericus in plateis & civili operi mancipatus publicum à quolibet deprecatur alimoniam*, 94. *dist. & c. Ad supplicationem, de renunc. & hoc tenet Host. hic num. 6. in verb. Poterit tamen*, Joan. Andr. n. 2. in *codem verb. Butr. n. 11. Cardin. in princ. d. verb. Poterit.* Verum haec opinio ita indistincte non placet Abbati nam. 3. in *ult. notab.* Quia pro homicidio sicut & pro alio gravissimo crimine debet deponi & perpetuo in Monasterium detruendi ad agendam poenitentiam, ut in cap. *Tua infra de panis.* Ergo cessat haec ratio ne cogatur mendicare, cum in Monasterio sint ei subministranda alimenta, ut in cap. *Novimus infra de verb. signif. unde concludit Abb. hujusmodi dispensationem esse omnino gratiosam; & penderat litteram hic in verb. Misericorditer*; pro quo etiam facit verb. *Poterit*; hic positum quod est facultatis, ut l. *Sap. ff. de offic. Praesid. & l. Non quidquid, ff. de judic.*

Pro concitatione Joan. de Anan. hic n. 4. *verf. Potest.* Fortè dicit opinionem Host. posse procedere si Clericus non detruatur in Monasterium, sed remaneat in saeculo, quia

- 36 Cum homicidio voluntario ad effectum ingrediendi Religionem, qualiter dispensetur.
- 37 Poenitentia filius in dispensationibus concedendis super homicidio voluntario occulto.
- 38 Et quid in atrocissimis.
- 39 Ecclesia Romana observantia praevalet auctoritati cuiuscumque Doctoris.
- 40 Papa dispensat super omnibus irregularitatibus.
- 41 Cum homicidio voluntario nunquam dispensatur ad Ordines suscipiendos.
- 42 Episcopi post Concilium Tridentinum an possint dispensare super homicidio voluntario jaltum occulto ad executionem minorum Ordinum.
- 43 Concilii Tridentini Decretum in c. 6. sess. 24. expenditur.

tunc viget ratio illa mendicantis, sed Marian. Socin. in cap. *Ad audientiam*, num. 412. *suprà de homicid.* Distinguit autem subitè iusta & legitima causa dispensandi, puta quia veretur maxima utilitas Ecclesiae vel magnum scandalum, vel alia simili causa urgens; & vera sit opinio Host. ut Superior cogatur dispensare & peccet non dispensando. An vero subitè sola utilitas perit, ut quia est bonae conditionis & lapsu quodam tempore & multum est contritus & dolens de excessu suo & hoc casu vera sit secunda opinio ut fit in facultate Praelati concedere non concedere dispensationem. Tu adverte, quia hoc secundum membrum distinctionis Marian. Socin. non transit absque difficultate. Supponit enim dispensari posse cum homicidio voluntario ob solam utilitatem personae, quod non videtur verum, quia dispensatio concedi non debet nisi ex causa necessaria vel utilitatis Ecclesiae, cap. *Esti illa*, 1. *qu. 7. in fine* hic illa nullatenus mutanda sunt quae nec ulla necessitas, nec Ecclesiastica prioris extorquet nullitas & cap. *Mutationes 7. qu. 1. hic communi utilitate vel necessitate.* Imò haec causa in dispensatione Episcopi debet esse magna, ut patet in cap. *Cenomanen. in fine*, 56. *dist. in cap. Ab excommunicatione*, 9. *qu. 1. hic*, ad superiores autem concedere non concedimus, nisi necessitas vel utilitas maxima flagiterit, & in cap. *Nemo, de elec. lib. 6. hic*, & evidente necessitate vel utilitate ipsius Ecclesiae suadente; & hodie est expressum in decreto Concilii Tridentini, cap. 18. *sess. 25.* imò qui hoc negant, profectio laetas regulas non intelligunt ut formaliter inquit Archidia. in cap. *Licet Canon. num. 3. vers. Item requiritur*, quòd talis necessitas vel utilitas sit magna, de *elec. lib. 6. & scriptis plenius in cap. fin. n. 6. & seqq. supra de fil. Presbiter.* Aut ergo subitè sola causa utilitatis personae & dispensatio nullatenus est concedenda, aut subitè evidens Ecclesiae utilitas vel necessitas; & tunc arbitror indistinctè veram esse opinionem Host. ut dispensatio sit debita, quod tenet glossa magna in cap. *Ut constitueretur*, 50. *dist.* ubi dicit dispensationem esse debitam si subitè iusta causa, ut hic & cap. *Licet 43. dist. c. 19. Dispensationes*, 1. *qu. 7. cap. Pierumque 11. quest. 3. cap. Noli 23. quest. 1. & cap. Considerandum 50. dist.* Est enim dispensatio quaedam misericordia, ut hic, & in cap. *Ad audientiam, supra de homicid.* vel quasi misericordia, ut inquit glossa praeregata. At quilibet tenetur esse misericors, cap. *Non sari*, 85. *dist. c. Disciplina, in princ. 45. dist.* Et maxime Praelati, cap. *fin. 90. dist. cap. infra de sortitig. l. Placuit, Cod. de judic.* & hac potest implorari Officium Superioris, ut sentit gloss. in *d. cap. Constitueretur*, 50. *dist.* & expressus gloss. 1. in *d. Exigunt*, 1. *quest. 7. argum. cap. Natus, de iure patronat. & sic ponderatio quam facit Abb. super verb. Misericorditer contra ipsum retorquetur, quia ut Damasenus inquit, lib. 2. *Orthodoxae fides*, cap. 14. *Misericordia est species iustitiae & propterea ab August. lib. 9. cap. 5. ante med. de Civitat. Dei*, denitur esse aliene misericordiae in nostro corde compassio, quia utique si possumus, subvenire compellimur ut refert Sanctus Thomas in 2. 2. *quest. 30. art. 1.* Quin imò superior qui negaret dispensationem, peccaret non solum contra misericordiam in proximum, sed etiam contra iustitiam Ecclesiae debitam, si urgens illius necessitas aut evidens utilitas exigeret dispensationem, quod satis constat ex decreto ejusdem Concilii in *d. cap. 8. hic*, urgens, iustaque ratio & major quoadque utilitas postularit, cum aliquibus dispensandum esse.*

Dicitur Mar. Soc. fortè salvari posset in Papa qui cum sit supra omne jus humanam positum, c. *Proposuit, de concess. praebend.* potest in his pro soluta voluntate dispensare etiam nulla causa subsistente, ut determinat Innoc. in cap. *Cum ad Monasterium*, n. 3. *vers. Item nota quòd quidam dicunt, supra de statu Monach. quem sequitur Specul. in titul. de legat. §. Nunc breviter, ad finem vers. Decimo quinto in voto Card. in *repet. Perpendimus de sentent. excommuni. Præpof. in cap. Per venerabilem, Qui fil. sint legit.* & alii relati à Felin. in cap. *Ad audientiam, il. secundo n. 4. vers. Nihilominus attende, de rescript.* & sic dispensa-*

De Cler. pugn. in duel. c. Henricus.

fati sunt tuti etiam quoad Datum, ut hic probat Felin. *vers. Et puto hoc procedere*, nisi Lex Canonica esset fundata in aliqua ratione descendente à Jure Divino vel à dicamino rationis merè naturalis, ut per eundem *vers. Beni fateor*, & est ex mente D. Thomae *quodl. 9. art. 5.*

Hanc autem dispensationem ad beneficium ex juris communis dispositione potest hoc casu etiam Episcopus imperitari, si beneficium sit simplex, secus si curatum, quia non dispensat nisi papa, argum. cap. *fin. cum hic notatus, supra de fil. Presbiter. & cap. fin. de praebend.* secundum Host. hic in *fin. Joan. Andr. n. 1. in verb. Beneficium*, Butr. n. 11. in *fin. Card. ante num. 1. in verb. Beneficium*, Abb. nu. 4. *vers. Ulterius quis potest dispensare & Mar. Soc. in cap. Ad audientiam*, num. 400. *suprà de homicid.*

Et quamvis Joan. de Anan. hic n. 5. *vers. Quis autem poterit dispensare*, videatur concludere, Episcopum dispensare posse, etiam ad curatum eo quòd est dispensatio ipsa sit iustici juris; potestas tamen dispensandi sit late interpretanda, cap. *fin. ubi id notat Joan. Andr. & omnes de Simon. & Dec. in cap. At si Clerici, §. de adulteris*, num. 129. *de judic.* conciliando opiniones dicit quòd beneficium obtinendum veram esse primam opinionem Holtiensis & Abbatis, sed in beneficio prius acquirendo procedere secundam opinionem Joan. de Anan. nihilominus nec secunda opinio, nec conciliatio Decii videtur admittenda, quia cum Episcopus cum homicidio voluntario non possit dispensare ut ministrat in sacris Ordinibus, ut est textus clarus hic, & dicam infra in *ultim. notab.* in necessarium consequentiam non dispensare non potest, ut retineat beneficium curatum, quippe quod annexum habet sacri Ordinis Ministerium, & est sequela officii, cap. *Si quis Sacerdotum & cap. Eos 81. dist. & notat gloss. in verb. Datur, de rescript. lib. 6.* Ad quod adduco textum optimum in cap. *Ex litteris infra de excess. Praelat.* ubi pro decisione, cur Episcopus propter homicidium voluntarium sit deponendus adducitur ratio illa, quia Pontificale officium non valet adimplere sine altaris ministerio, cujus sic delinquens reputatur indignus, quae ratio militat etiam in quolibet curato. Nec valet motivum Decii quòd poterit Vicarium constituere, ut in simili habetur in cap. *Cum ex eo, de elec. in 6.* imò enim obtinens beneficium curatum tenetur celebrare, & Sacramenta administrare pro se ipsum, ut in cap. *Excepanda §. Qui vero, infra de praeb. in cap. Licet canon. de elec. in 6. & in decreto, cap. 1. sess. 23. Conc. Trid.* Non obstat text. in *d. cap. Cui ex eo*, quia loquitur in privilegiatis studiorum causa, & non applicatur ei qui cum propter delictum reddiderit se inhabilem ad officium etiam beneficio privati debet, ut dicitur in *d. c. Eos & in c. Si quis Sacerdotum*. Et idem intelligendo in beneficio non curato, cui ex fundatione vel alio sit annexum omne ministrandi in sacris Ordinibus pro seipsum, ut in Clem. *Ut si de ar. & qualis*. Et in decreto. Conc. Trid. c. 4. *sess. 22. & c. 5. sess. 25.* quia viget eadem ratio; & alioquin beneficium sentiret commodum ex culpa sua, quia perciperet emolumenta & onera non habere, quod esset absurdum, ut considerat Vital. in *Clem. Cupientes*, num. 41. & 42. *de panis.*

An autem Episcopus possit dispensare cum homicida voluntario ad beneficium simplex prius obtentum eo casu in quo alter in eventum privationis ante item motam & accusationem institutam, illud à Sede Apostolica imperavit Geminian. responsa non posse, *conf. 150. Pro declaratione col. ult. n. 10. vers. Sed praesupponendo*, quia ex praemissa imperatione jus quoddam alteri jam est questum cui Papa sine speciali derogatione non conleat praesudicium intulisse idem tenet Joan. Staphil. *de liter. grat. fol. 78. col. 2. vide Covarr. in Clem. Si furiosus*, par. 2. §. 3. num. 6. *de homicid.* quae tamen procedunt inspecta juris communis dispositione. Sed quid in terminis Concilii Trident. dicam infra num. 22.

Ultimo nota hic, in sacris, cum Clerico homicida voluntario in sacris Ordinibus non dispensari, concordat cap. *Continebatur, supra de homicid. & d. c. Miror*, 50. *dist.* secus in minoribus, ut notatur in cap. 1. §. *fin. supra cod. & c. 2. de bigam. ita Holtiens. hic n. 5. in verb. In sacris*, qui tamen subdit de rigore juris idem esse in non sacris ex quo in culpa est, c. *Si quis viduum 50. dist. & cap. Sicut dignum, §. fin. supra de homicid.* Pondera haec dicta Host. qui videtur velle, ut Episcopus possit in executione minorum Ordinum dispensare cum homicido voluntario, & clarissime hoc tenet in fine in *verb. Dispensari*; & cum eo transit Joann. Andr. n. 1. *vers. Oppono*, & hanc opinionem magis communem esse testatur Covarr. in *Clem. Si furiosus*, §. 3. n. 5. *de homicid. supra de homicid.* Et pro hac opinione facit in littera huius Decretalis, quae dum prohibet de sacris, videtur permittere de minoribus, argum. cap. *Nonne, de praesump.* Sed contrarium tenet Innocent. hic in *princ.* quò

in littera hic, in sacris, subaudit verbum, maxime, & indistinctè tenet idem esse in non sacris, pro quo facit text. in cap. 1. *suprà cod.* & apertiùs opinionem Host. reprobatur Butr. hic n. 9. & Abb. n. 7. Joan. de Anan. *codem n. 7. & Mar. Soc. in d. Ad audientiam*, n. 356. nec secundum eos oppositum tenent Doctores, nisi homicidium sit casuale, prout loquuntur textus in *d. cap. Continebatur, & c. Ad audientiam.*

Item non obstat haec Decretalis, quia cum dicit de Sacris Ordinibus, potest fumi largè pro quolibet Ordine etiam minore, nam in lateri significatione quilibet Ordo minor est Sacer, quia Sacri signaculum, ut notatur in *c. Clericus si tonsuram & hic per Abbatem supra de vita & honest. Cler.* licet majores communiter propter excellentiam appellentur Sacri, ut in glossa in *summa 32. dist.* Subdit tamen Marian. Socin. in *d. c. Ad audientiam n. 399.* primam opinionem Holtiensis posse salvari in eo qui commisit homicidium voluntarium, mediante iustitia, cum quo secundum eum poterit Episcopus dispensare quoad administrationem minorum Ordinum susceptorum, quod & Navarr. admittit in *man. c. 27. n. 270. vers. ex quo videtur inferri, dist. secundum ejus definitionem hoc homicidium non sit voluntarium.* Ad id etiam Butr. ubi supra, Archid. tenere in *c. de his 50. dist.* cum occulto homicida possit Episcopus dispensare etiam in sacris, locus Archidiaconi declarantis in hoc sententiam Vincentii est in *d. c. de his, il. secundo n. 5. ad fin. vers. Sententiam Vincentii & alios plures pro hac sententia refert Covarr. in d. clem. si furiosus, par. 2. §. 3. n. 4. sed in hoc contrarium tenet Host. in *summa de homic. §. Quòd parò, vers. Sed & secundum Canones*; & quamvis opinio Vincent. & Archid. sit satis probabilis, tamen contraria sententia Holtiensis est tutior & idè sequenda, cum agatur de periculo animae, ut dicit Henricus Boich. in *capite Quasdam curia melium*, vers. *Et licet ista opinio, de tempor. Ordinari.* quam etiam dicit communem Bellamera, *ibidem in secunda oppositio, numero decimo secundo*; & contra primam opinionem videtur textus satis clarus in praedicta Decretali, *Quasium hic praeter reos homicidii*, ut ponderat Henricus & Bellamera.*

Verum has difficultates ferè omnes hodie suffulit Concilium Tridentinum in *c. 7. sess. 14.* quo statutum est ut qui sua voluntate homicidium perpetraverit, etiam si crimen id nec ordine iudiciario nec alia ratione publicum, fuit occultum fuerit, nullo tempore ad Sacros Ordines promovari possit, nec illi aliqua Ecclesiastica beneficia, etiam curam non habeant animarum conferri liceat, sed omni Ordine ac beneficio & officio Ecclesiastico perpetuo careat, quo Decreto satis aperte corrigitur opinio Vincent. & Archid. & approbatur sententia Host. de qua supra proxime dictum est, autem corrigatur ea quae hic dicunt Doctores de dispensatione ad minores Ordines & beneficia simplicia; & quid in terminis, capite sexto, *sessione vigesima quarta, dicam infra n. 42.*

Quero, an Decretum dicti capituli 7. *sessione 14.* excludens voluntarium homicidam à spe dispensationis vendet ibi locum in eo qui ante homicidium ad Sacros jam erat Ordines promotus.

Die 2. Septembris 1613. habita est Sacra Congregatio Concilii coram S. D. N. cui intererant S. R. E. Cardinales Cameriniensis, Montelperus, Sanctus Cecilius, Justinianus, de Monte, Palavicinus, Plattus, SS. Quatuor, Bargheius, Bianchetus, Davila, Mantica, Arigonius, Vilcontius; Doffatus, Sancti Marcelli; in eaque proposito supra dicto dubio, Cameriniensis exillimavit Decretum Concilii comprehendere etiam promotum, nam Canones ita loquuntur, ut nemo sit dispensandus homicida voluntarius; idque non tam ob delictum quam ob Sacramenti decentiam, cum non deceat virum sanguinolentum ministrare in Sacra Eucharistia; quod est Sacramentum pacis & unionis, Sotus de *just. & jur. lib. 1. q. 6. art. 5. vers. Ad primam igitur & lib. 5. q. 1. art. 4.* quae ratio militat etiam in prompto, neque hoc modo Concilium ampliat dispensationem antiquorum Canonum, sed cum ea se conformat. Montelperus exillimavit promotum non comprehendendi, dum tamen non celebret in locum commissi delicti. Sanctus Cecilius arguit pro opinione affirmativa, quòd Concilium promotum intulit. Primo, quia c. *miror 50. dist.* arceat ab Altari voluntarium homicidam; ejusque ratio militat tam in promotum quam in promovendum. Secundo, quia Concilium utitur verbo *carvat* quod importat carentiam ejus quod quis habet. Contrarium tamen sententiam, ut promotor non comprehendatur in Concilio veriore esse putavit, nam tres sunt gradus dispensationis. Primus, cum dispensatur in aliquo homicidio voluntario, ut ministrat in minoribus Ordinibus. Secundus, cum dispensatur ut ministrat in majoribus. Tertius, cum dispensatur cum eo qui non est promotus; & hic est maximus gradus dispensationis. Unde non est dicendum Concilium loquens de hoc tertio gradu quò est omnium maximus; voluisse sub prohibitione includere

vinere a censuris, quasi ex hac diversa loquendi ratione inferatur ut in criminalibus non liceat Episcopo uti personali distinctione adversus laicos. Siquidem respondetur in effectu non extrare hanc diversitatem, quia propter dictiones illas repetitivas, quoque, & ut supra, perinde ac si etiam in criminalibus nominatim de laicis eorumque distinctione fassisset. Dum enim iussit Ordinarios abstinere a censuris, ubi executio realis vel personalis fieri posset, in necessariam consequentiam censuræ voluisse, ut prætermissa censura, uterentur executione reali vel personali, ut supra, id est contra quoscumque etiam laicos ex supra dictis, alioquin enim iniquum fuisset, ut Patres Concilii abstinissent Episcopis facultatem quam habebant à jure communi procedendi in criminalibus contra laicos per censuras Ecclesiasticas & reliquisset eos destitutos aliis remediis temporalibus; hac enim ratione liceret laicis quodcumque facinus in causis spiritualibus vel mixti fori impune committere in maximam Episcopalis jurisdictionis perturbationem. Quam rationem in exemptionibus considerat idemmet Concil. in cap. 2. in princ. sess. 24. & conferunt textus in d. cap. Est injusta & in cap. Duo ista 23. quasi. 4. Ita nihil novi juris quoad hoc induxit Concil. sed tantum ordinem immutavit, nam eum olim prius utendum esset, censura, deinde poenis temporalibus, hodie ordine inverso primum utendum est poenis temporalibus & in subsidium remedio spirituali Excommunicationis.

36 Et confirmatur ex alio Tridentini Concilii decreto, nempe ex cap. 8. sess. 24. de reform. Matrim. ubi præcipitur ut concubinarii tam soluti, quam uxorati si ter admociti concubinas non dimiserint excommunicatione feriantur & mulieres five conjugate, five solute graviter pro modo culpæ puniantur & extra oppidum vel Diocesim, invocato, si opus fuerit, brachio seculari ejiciantur aliis poenis contra adulteros & concubinarios inflictis in suo robore permanentibus. Ex quo Decreto duo colliguntur.

37 Primum est licere Episcopo mulieres adulteras & concubinas etiam extra Diocesim ejicere quod nihil aliud est, quam contra eas ad personalem executionem procedere etiam sine brachii secularis auxilio, cum Concilium non præcipiat absolute, ut illud à Episcopo invocetur, sed tantum sub conditione illa, si opus fuerit, id est si executores, ac nihil Curie Episcopalis obsequerint ipsi per se executi sententiam Episcopi, concordant textus in cap. 1. hic: Cum opus fuerit publicum convocent auxilium, de Offic. Ordin. & in cap. Periculoso, §. ult. vers. Invocato si opus fuerit, & c. de statu reg. lib. 6. invocato à Concil. in c. 5. sess. 25. de reg.

Secundum est quod Concilium dum jubet concubinarios etiam laicos excommunicari, præservat alias poenas contra concubinarios inflictas quæ quidem poenæ, exclusa censura Ecclesiastica, sunt apte comprehendere etiam capturam; unde cum in cap. 1. de Offic. Ordin. statutum sit ut Episcopi liberam habeant facultatem adulterii & alia crimina nunciandi secundum quod Canones censent, Anchar. qua in d. cap. Ea quæ, in terminis juris communis tuetur contrariam sententiam, ut evitet dispositionem d. c. 1. responder sub facultate ulciscendi crimina laicorum hic non comprehendit poenas temporales, quia textus dicit secundum quod Canones censent. Canones autem de hac captura laicorum vel executione in rebus laicalibus non exprèsse loquuntur, sed de censura, de verborum significatione, cap. Quærenti. Non debemus ergo, inquit Anchar. absque Canonibus affirmare, quia erubescimus, Sec. 1. Illam, Cod. de collat. in Authent. de Triente, & semisse, §. Consideremus. Et quod non est decreto Sanctorum Patrum factum, & c. cap. Inter corporalis, de trans. Episc.

Quæ quidem ratio Ancharani concludit oppositum per Concilium, nam decreto Patrum in dicto capite octavo, factum est ut Episcopus non solum censura Ecclesiastica sed etiam aliis poenis ulcisci possit adulterii & concubinatus & glossæ & Doctores qui censuerunt dicto cap. 1. de Offic. Ordin. propter sui generalitatem comprehendere etiam capturam id habuerunt pro indubitato in terminis dicto capite octavo quod specificè loquitur tam de excommunicatione, quam de aliis poenis quæ præservatas esse vult; ejusmodi enim poenæ distinctæ à censura aliæ esse non possunt quam temporales.

Porro hæc conclusio procedit etiam Ordinarius Ecclesiasticus ad capturam laicorum procedere non consuevit: nam si inspicimus tempus ante Concilii publicationem, cum Ordinarius tunc haberet remedium censuræ Ecclesiasticæ, qua primo uti debebat, non potest ei imputari, quod distinctione personali usus non fuerit. Quod adeo verum est, ut aliqui DD. existimaverint de jure communi Ordinarium ita demum posse ad capturam contra laicos procedere, si hanc facultatem legitime præscriperit, ut apud Menchac. & Clar. loets. supra est. At cum Conci. hac in parte sustulerit dispositionem juris communis & novam formam præscribendo noluerit censuras adhiberi nisi in subsidium, censuræ etiam sustulisse consuetudinem juri communi conformem, quam propriè non dicitur consuetudo, sed juris communis obli-vantia, ut scribit Joan. Andr. in cap. unic. de Cler. conjug. in 6. quem ibi sequitur Anchar. & Raphael. Fulgof. conf. 123. num. 2. & alia advertit Sacra Congr. dum ob hanc rationem resolvit consuetudinem; secundum quam Clericus habitum & tonsuram deserens, fori privilegio gaudebat, licet beneficium Ecclesiasticum non haberet, nec alicui Ecclesiæ inferret; fuisse substantiam à Concilio in cap. 6. sess. 23. Tamest decretum illud quoad hoc de consuetudine mentionem non faciat; alioquin enim nisi Concilium in dict. cap. 3. sustulisset observantiam juris communis, non sustulisset nisi jus commune non observatum, quod abrogare opus non fuerat. Quam rationem in his terminis dicit evidenti-ssimam glossa in cap. 1. in verb. Facti vers. Item proba id evidenti-ssima ratione de Constit. in 6. quam sequuntur Gemnian. col. 2. in 2. opposit. & Franc. col. 7. vers. in ea glossa, ibi, est absurdum.

Post Concilium verò non obstat Episcopo quod captura usus non fuerit adversus laicos; hoc enim potuit contingere aut quia non cadit casus, aut si accidit; Episcopus utendum non putavit remedio capture, sed aliis poenis temporalibus. Aut quia cum delictis mixti fori contra laicos sit locus præventioni, forè juxta laicos in causa præventi; quo casu ipse procedit, cap. Cum sit generale, ubi Abb. & alii communiter de foro compet. & l. Si quis in hoc genus, ubi Legitte, ac præsertim Paul. de Castro n. 4. vers. Item nota, c. de Episc. & Clem. Aut si prævenit Ecclesiasticus in citatione, laicus tamen prævenit in captura; quo casu præventio realis præfertur verbali, Bart. in l. Sepulchra, ubi etiam Alex. in apusit. vers. Secundo est videndum, ff. de sepulch. viol. nisi id heret in fraudem, secundum Boll. Praxi tit. de foro compet. num. 97. & vers. licet Dec. in cap. Cum M. Ferraria. de Constit. in fine, dicat etiam sit in fraudem, prævalere, & in summa captura est arbitraria judici, Clar. §. fin. quasi. 28. in princ. Unde non præjudicat Episcopo, quod ad capturam procedere non consueverit; quia ad hoc ut indicatur consuetudo, vel præscriptio negativa per non usum ejus quod est in facultate faciendi requiritur actus contrarius, nec fuisse negativus, ut declarat Calder. conf. 41. alleg. 3. de consuet. incip. An valeat consuetudo, num. 3. vers. Ad aliud verò dubium, & Abb. conf. 101. In questione, num. 7. vers. Quin imò posse, lib. 1. Contraria autem præscriptio ad eum modum, quo requiritur in facultativis, induci non potest; tum quia est contra generale Concilium, ut scriptis advertit S. Congregatio, & præsertim in decisione paulò ante relata; Tum quia in Bulla Cæne cap. 16. excommunicantur omnes, qui Archiepiscopos, Episcopos & omnes alios quoscumque judices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet impediunt, quominus sua jurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque utantur secundum quod Canones, & sacre Constitutiones Ecclesiasticæ, & decreta Conciliorum Generalium, & præsertim Tridentini statuunt & derogantur consuetudinibus etiam immemorabilibus. Unde per solemnem hujus Bullæ publicationem, quæ fit quotannis in die Cæne Domini, non solum abrogantur consuetudines & præscriptiones usque ad illud tempus introductæ in præjudicium ordinariæ jurisdictionis, sed etiam prohibentur in posterum introduci, ita ut consuetudines vel præscriptiones aut inchoari non possint, aut inchoatæ per annum illam publicationem interruptantur, ut in terminis Bullæ Cæne scriptis Felin in cap. Cum non liceat, col. fin. sub num. 12. vers. Quinto considera quod singule anno, de præser.

DE FURTIS

Alexander III. Cremonen. Episcopo.

CAPUT V.

F Ex litteris tuis innotuit, quod B. Calicem quemdam in Ecclesia minus cautè dimissum rapiens, longo tempore detinere præsumpsit: & infra. Mandamus, quatenus si spontè confessus fuerit, & exinde Ecclesiæ, cujus Calix fuerat, satisfecerit, nec est super hoc nota vel infamia manifesta respectus: post peractam penitentiam, aut congruam partem penitentiae [dummodò aliàs idoneum ipsum esse cognoscas] ad sacros ordines non dubites promovere.

SUMMARIUM.

- 1 Fur occultus potest post restitutionem & penitentiam ad Sacros Ordines promoveri.
 - 2 Immunitatem Ecclesiæ violans vasa Sacra surripiendo non est ipso jure excommunicatus.
 - 3 Excommunicatio impedit promotionem.
 - 4 Immunitatem Ecclesiæ violantes, secundum Canones non sunt excommunicati, sed excommunicandi.
 - 5 Fallit in incendiariis & effraCTORIBUS Ecclesiæ.
- F** Ex litteris. Fur occultus potest post restitutionem & penitentiam ad Sacros Ordines promoveri. Hoc dicit Joannes Andreas, Butrius, Cardinalis, Ancharanus, Abbas, Joannes de Anania & Marianus Socinus. Secunda pars hic Mandamus.
- Nota singulariter ex hoc textu, quia forè non reperies alibi, ita clarè quòd violans Ecclesiæ immunitatem etiam Sacra vasa inde abstrahendo non est ipso jure excommunicatus, nam iste Clericus de Ecclesia Calicem surripuit; & tamen post satisfactionem & penitentiam potest ad Sacros Ordines promoveri, ergo non fuit excommunicatio innotata, quia excommunicatio impedit promotionem, c. cum illorum infra de sent. excomm. cum similibus; & ita hunc textum ad hoc ponderat Abbas in c. eadem pro causa n. 5. eod. tit. quod est contra Host. hic n. 2. ubi voluit excommunicatum esse qui Ecclesiam violat eam spoliando vel in claustro ipsius laicum

verberando. Sed cum reproband hic Joannes Andreas & communiter Doctores, ut hic dixi n. 10. & contrarium determinat idemmet Host. in summa de immunit. Eccles. in fine, §. Quæ sit poena violantium, ubi ait, secundum Canones Ecclesiæ immunitatis violatores esse excommunicandos, cap. Nullus & c. Si quis deinceps 17. q. 4. & solos incendiarios & effraCTORES esse excommunicatos ipso jure, c. Canonici 11. q. 3. c. Omnes 17. q. 10. c. In litteris supra de raptor. & c. Conquesti, infra de sent. excomm. Hodie etiam extrahentes reos ab Ecclesiis excommunicati sunt ex Bulla Gregorii IV. & absolutio est Sedi Apostolicæ reservata, ut fultè probavi in prædicta Decretali eam pro causa, à numero quinto usque ad numerum trigésimum sextum. De multiplice autem sacrilegii specie & de illius poena vide hic plene per Innoc. n. 1.

DE USURIS

Alexander III. Genuen. Archiepiscopo.

CAPUT VI.

I N civitate tua dicis sæpè contingere, quòd quidam piper, seu cinnamomum, seu alias merces comparant, quæ tunc ultra quinque libras non valent, & promittunt se illis, à quibus illas merces accipiunt, sex libras statuto termino soluturos, Licet autem contractus hujusmodi ex tali forma non possit cenferi nomine usurarum, nihilominus tamen venditores peccatum incurrunt. nisi dubium sit merces illas plus minusve solutionis tempore valituras, Et ided cives tui salutis suæ benè consularent, si à tali contractu cessarent, cum cogitationes hominum omnipotentis Deo nequeant occultari:

SUMMARIUM.

- 1 Videns rem plus quam valeat, quia solutionem differt, peccat, nisi dubium sit an res tempore solutionis plus minusve sit valitura; & vendens non erat statim venditurus & n. 11.
- 2 Vendens cariori pretio ob dilatatam solutionem, an usurarum nomine iure damnari possit & numeris seq. usque ad n. 13.
- 3 Injustitia notoria nullitati equiparatur. Ibid.
- 4 Vendens carius ob dilatatam solutionem in foro externo usurarum nomine non tenetur, secus in foro anime & n. seqq. & n. 10. & 11.
- 5 Declaratur n. 7.
- 6 Intellectus, c. Consultat infra eodem.
- 7 Usura proprie non committitur in contractu emptionis & venditionis, sed in mutuo.
- 8 Mutuum interpretativum, presumptum, implicitum aut indirectum explicatur.
- 9 Vendens carius ob dilatatam solutionem ubi de prava intentione constat, conjetur usurarius etiam in foro contentioso.
- 10 Et ex quibus constat de huiusmodi prava intentione.
- 11 Vendens carius, licet lateatur in iudicio se id fecisse ob dilatatam solutionem, tamen si pravam intentionem neget, iure damnari non potest.
- 12 Canonistarum opinio transferenda est opinioni Theologorum super interpretatione juris Divini in spectantibus ad morale Philosophiam.
- 13 Vendens cariori pretio ob dilatatam solutionem quando excusetur in foro conscientie ab usuraria gravitate.
- 14 Coniunctus contractus ad tempus limitatum, an sit de iure licitus & n. seq. a que ad n. 8.
- 15 Et quid si non agatur de censu antiquitatis constituto, sed de eo qui constituitur tempore contractus.
- 16 Et quid si emptor computatis solutionibus annuis totius temporis aliquod ultra pretium conventum sit recepturus & n. seqq.

N Civitate. Qui vendit rem plus quam valeat, eo quod differat solutionem pretii, peccat nisi dubium sit an tempore solutionis plus vel minus valere deberet. Hoc dicit secundum Joannem Andream, Butrium & Ancharanum vel iuxta intellectum Card. quem dicunt esse communem Abbas & Joannes de Anan. hoc intendit. Vendens rem plus quam valeat, quia solutionem differt, peccat nisi dubium sit an tempore solutionis erat valor rei variatus & venditor non erat venditurus tempore quo vendidit. Hac tamen ultima pars non habetur in hac Decretali, sed suppletur ex casu Naviganti, infra eodem. Communis divisio. Secunda hic Li. et.

Quero, utrum N. qui frumentum carius vendidit ob dilatatam pretii solutionem, usurarum nomine iure damnatus fuerit.

Sententia, qua N. usurarum nomine fuit condemnatus eo pretextu quod frumentum ob dilatatam solutionem cariori pretio vendidit, continet evidentem iniquitatem & injustitiam; ideoque non debet revocari, sed etiam nullam declarari debet, cum notoria injustitia nullitati equiparetur, c. Inter ceteros & c. cum Bertoldus, ubi Innoc. super verbo concessimus de re iudic. clem. Paschalis eod. tit. Vant. in tit. de nullit. ex defectu process. n. 127 Rota dec. 414. n. 7. part. 4. & dec. 321. n. 2. part. 6. recent. & fuit lapsus decemium, ut in j. Cardinalis Seraphinus de consone 493. num. 2. notoria injustitia patet ex eo quod lata est contra textum expressos & contra auctoritatem omnium Doctorum de materia loquentium.

Qui enim frumentum habita fide de pretio carius vendit quod committitur venditionis tempore constituerat, quamvis in foro conscientie quandoque ad restitutionem teneatur, in foro tamen contentioso, usurarum nomine, conveniri non potest.

Quod primo probatur in hoc cap. ubi proposita hac eadem facti specie, Alexander III. diversis verbis decidit non posse huiusmodi contractus ex tali forma usurarum nomine ceteri, nihilominus tamen venditores peccatum incurrere. Et ita hic Papa ab usurarum nomine in foro contentioso venditores liberat & eosdem in foro tantum conscientie distinguit, id quod etiam indicant sequentia verba. Dum animarum salutem Apostolicis benignitate prospiciamus, consulti talibus venditoribus, ut ab his contractibus abstineant, cum cogitationes hominum Deo Omnipotenti nequeant occultari, quasi significet quamquam contentiosi fori periculum vitabant, Deum scrutatorem cordium fallere non poterant, ut in iuribus hic allegatis in glossa vltima.

Secundo, idem clare probatur per textum in e. consultat infra eodem, ubi pluribus questionibus propositis inter quas

- 17 Casualis contractus est illicitus, si excedat annuam redditum quem emptor de tanta pecunia in terra empti possit habere & n. 30.
- 18 Censu pecuniarius certi & determinati temporis supponitur Bulla in V.
- 19 Censualium reddituum emptiones omni tempore visa sunt suspensa.
- 20 Bulla Nicolai V. super emptionibus censuum in Regno Siciliae, ad rationem decem pro centenario continet dispensationem.
- 21 In censuum emptione non videtur certum pretium generaliter statueri.
- 22 Pretia rerum ex quibus variantur.
- 23 Estimatio rei pretium est & fieri debet secundum presentem valorem.
- 24 Censu annales non est tutum decernere, ut certum summam non excedant.
- 25 Censu emptio licita est, si illius redditus & pensio incerta sit.
- 26 Censu anni minoris valent quam fractus qui libere ex praedia percipiuntur.
- 27 Pactum de redimendo minuit pretium rei.
- 28 Pretium census, quod ratione sit minuendum propter pactum de redimendo vel alia causa emptioni adjecta.
- 29 Censuali contractui possunt accedere obligationes camerales, fidei iussiones & hipotecae.
- 30 In contractu censuali non emittit res, sed jus potendi pensionem & n. 34.
- 31 Censu constitutus non potest nisi super re ex sui natura fructu ferat.
- 32 Censu pro parte perimitur re pro parte perempta vel redditu infructifera.
- 33 Censu reservatus qui sit & qui censu consignatus.
- 34 Censualis contractus in quibus differat a contractu emphiteutico.

postremo loco habetur haec nostra de mercibus, ob dilatatam solutionem majori pretio distractis, Urbanus III. declarat similes contrahentes male agere & ad ea que accepterint restituenda in animarum iudicio efficaciter esse inducendos. In quibus verbis praecipue duo sunt ponderanda. Alterum, quod dicitur in animarum iudicio, & contrario sensu factis ostenditur secus observandum esse in foro contentioso, argum. cap. Nonne de praesumptionibus. Alterum, quod hic Pontifex utitur verbo inducendis quod cohortationem quidem efficacem, non autem coactionem significat, cap. cum finis de regul. & ex consequenti imponi obligationem restituendi & dimittat talem contractum in foro anime in quo peccator ad satisfaciendum inducitur, non autem in foro judiciali in quo compellitur, ut in specie ponderat Berouus in rubr. de usuris n. 24.

Tertio, idem confirmant omnes Doctores de hoc articulo loquentes & in primis glossa in d. e. consultat in verbo male agere, ubi conciliando textum notatum in quo dicitur tales contractus non esse censuos nomine usurarum cum d. e. consultat in quo habetur huiusmodi venditores male agere, dicit hunc textum loqui quoad iudicium Ecclesiae & sic quoad forum iudiciale, sed e. consultat loqui in foro anime; & deinde clarius explicans, subiungit tales contractus quoad formam non dici usurarios, sed contrahentes propter depravatam intentionem in foro anime iudicandis esse male agere & inducendos, non autem compellendos, ut accepta restituant nec tanquam usurarios puniendos, licet revera quoad Deum usurarii videantur. Opinione glossae, nec hic nec alibi ullus Doctor quem viderim refellit, imo eam in specie sequuntur hic Host. n. 4. Anan. d. n. 1. prope fin. vers. in glossa fin. Anton. de Butr. in fin. ubi expressit dicit tales venditores esse usurarios quoad forum anime, sed non quoad forum contentiosum. Henric. Boich. in e. naviganti infra eodem in princ. 2. col. ubi materiam plenam distinctione de more profectur concludit, cum contractus sit cum dilacione solutionis pretii conventi, licet majoris quam sit rei valor, in foro contentioso non posse iudicari usurarium, Abbas in d. e. consultat n. 4. & Berouus in loco supra citato n. 17. 24 & 25. Ripa in resp. 116. in princ. Cald. tit. de usur. cons. 11. prope fin. Idem etiam sentiunt Joannes Andreas & Anchar. in eod. cap. consultat, dum summam illum textum, quod vendens rem plus debito ob dilacionem temporis ad solvendum, tenetur in iudicio animarum, innuente non idem iuris esse in foro judiciali.

Et ratio diversitatis inter forum contentiosum & conscientie quoad hunc casum ea esse videtur, quod huiusmodi contractus emptionis & venditionis ex sui forma non est usurarius, quia usura non committitur praeterquam in mutuo, ut probat textus

textus hic; & est communis Doctorum sententia, teste Berouus in d. rub. de usur. n. 37. Vt ubi venditor habet intentionem fenerandi & propterea majori pretio vendit, quia solutio differat, largit mutuum interpretativum in quod cadit usura, fingit enim pretium ab ipso emptore solutum & deinde a venditore et mutuum cum lucro illius quantitas in qua pretium conventum verum valorem excedebat, ita declarat hic Abbas n. 2. & Joannes de Anan. n. 1. Berouus supra in rubr. n. 37. Joan. de Cap. in tract. de usuris. q. an vadent ad tempus, n. 45. Ideoque passim Doctores effectum recipientes talem contractum modo vocitatum mutuum, praesumptum vel interpretativum, ut Abb. Anan. & Berouus in locis proximis citatis, modo mutuum impliciter, ut Cajetanus in summa in verbo usura exterior, vers. iur. in loco supra citato, aliquando quasi usuram & sic usuram impropiam, ut Host. d. e. consultat. Hae autem mutui interpretatio in casu nostro quoad forum iudiciale non est facienda, quia cum tali contractus semper sit licitus, nisi venditor habuerit intentionem depravatam, ut per Doctores in d. e. consultat, si talis intentio lateat, non potest iudicari usurarius quoad forum externum Ecclesiae que non iudicat de occultis, e. sicut tuis de frum. at in foro anime si intentionem pravam habuerit, quamvis occultam esse usurarius, qui Deus quem nihil lateat, etiam de occultis in foro anime iudicat, e. Tota ars de frum. cum similit. ut hic in glossa ult. & haec doctrina ratio colligitur ex not. per Berouus n. 2. & Joan. de Anan. in d. e. consultat n. 2. vers. & hoc plus placet. Hinc est, ut quando in foro contentioso de prava intentione venditoris constat, etiam in eo contractus esset censuosus usurarius, tuncque non esset discrimen inter forum c. conscientie & iudiciale. Host. in d. e. consultat n. 4. vers. Quod si in iudicio contentioso, Joannes Andreas ibidem in fine, Anton. de Butr. n. 6. Anchar. n. 5. Abbas ibidem num. 5. quae declaratio Host. videtur communis, tamen Berouus supra in rubr. n. 19. non levibus eam rationibus oppugnet.

Nec obijciatur, quod si declaratio Hostien. est vera, ut cum de prava intentione constat, venditor in foro contentioso censetur usurarius: hinc consequatur in casu nostro venditorem esse puniendum, quia satis de prava intentione constat ex facto ipso, scilicet per excessum pretii & dilacionem concessam ad solvendum.

Respondetur enim de prava intentione debere alio modo constare, quam ex pretii excessu & dilacione data, quia si id sufficeret, tolleretur distinctio supra posita de foro anime & contentioso & semper ex sola forma tali contractus usurarius esset contra hoc c. & e. Naviganti & c. Consultat, & Doctores supra relator. Idem Host. Butr. Abb. Anan. & alii supra proxima citati tunc discernunt in proposito constare de prava intentione cum venditor eam fateatur in iudicio; & ita necessario convincitur oportere eam intentionem aliunde probari, quam per dilacionem datam ad solvendum huiusmodi pretium. Imo non sufficeret si venditor fateretur se dilacione data carius vendidisse, quam praesenti pecunia fuisset venditurus; nisi etiam testaretur se habuisse pravam animam fenerandi, Ripa de resp. 116. num. 2. quod & censili videtur Anan. d. loco dicens indubitatum esse venditorem ex tali contractu in foro contentioso non teneri, quoniam negativae intentionem habere corruptam.

Cum igitur inquisitus semper negaverit se habuisse pravam intentionem, neque aliunde colligatur, non potuit ullo pacto tanquam usurarius in foro contentioso damnari.

Non obstant praedictis auctoritates Abb. Dec. Covarr. Sol. Summ. Confeff. qui in contrarium allegantur, quibus addo Joan. de Capistr. tract. de usur. tit. de vendit. ad cred. num. 56. Lupum in Comment. 3. ad cap. Naviganti infra eodem, §. 5. num. 19. ubi alios refert. Primum, quia ipsi simpliciter dicunt tales contractus esse usurarios, sed non attingunt articulos questionis an venditor ex eisdem contractibus teneatur in foro conscientie tantum, vel etiam in contentioso; & ex consequenti intelligendi sunt duntaxat in foro conscientie, ne dissentiant a iuribus & DD. citatis.

Quia imo ex his Doctoribus, qui contractum huiusmodi tanquam usurarium notant, Covarr. lib. 2. var. resol. cap. 3. num. 6. & 7. & Capistr. supra citat. dum citat d. e. cap. consultat, & hoc cap. in civitate satis ostendunt se non improbare supra traditam distinctionem inter forum conscientie & contentiosum, Abb. autem est in cap. Ad nostram, de empt. & vendit. num. 3. assereret tales contractus esse usurarios, nobis tamen non obest; nam cum postea maturus feneret contrarium in d. d. d. cap. Consultat, utique standum est posteriori sententiae praesertim distinguenti, argum. cap. Litteras, cum gloss. in ver. Viam mediam, de restit. spoliat. & cap. Per tuas, vers. Nos igitur, de sentent. executum. & eo magis cum in cap. Ad nostram, citet hoc cap. quod non probat sententiam, quam Fagnani in V. Lib. Decretal.

ibi Abb. tueretur: nam ille text. quamvis dicat huiusmodi contractus esse usurarios, tamen declarandus, & distinguendus est iuxta text. hic, & in dicto capite, Consultat, nimirum ut sint usurarii in foro anime, non autem in foro judiciali. Neque enim est novum posteriorum leges per priores diluigi, & declarari, lib. Non est novum, ff. de leg. cap. Cum expediat, de elect. lib. 6. Roman. cons. 57. num. 3. alioquin induceretur correctio legum contra l. Praecipuum, de appell. cum similib. At vero Joannes Lupus, & Decius expressim de foro conscientie loquantur; nam Joan. Lupus regulam constitutens in hac nostra questione non dicit absolute huiusmodi venditores esse usurarios, sed peccatum usurarum incurrere; & ita in foro conscientie tantum; & omnes exceptiones, quas postea hic subnebit, ut terminis regule non egrediantur, sunt intelligendae retentis eisdem terminis, nempe quoad peccatum, & in anime iudicio. Dec. item qui allegatur in cons. 91. de hac re non loquitur, sed in cons. 3. manifeste agit de foro conscientie, de quo erat consultus, ut habetur ibi in princ. An Bernard. falsa & tuta conscientia dec. & ibid. prope fi. in concl. hic Silv. Butr. habet examinatorum conscientiam: ceteri vero, qui allegantur Theologi, sunt de foro conscientie, quae propria eorum est mensura, expressae loquentes. Et quatenus de utroque foro loquentur, nihil essent ponderis habituri adversus opinionem Canonistarum, quibus in hac materia magis standum est, quam Theologis: nam Canonistarum est interpretari jus divinum in dubiis casibus pertinentibus ad morale philosophiam, Anchar. in celebri illa disputatione incipiente Antiquis & modernis temporibus, Alexand. cons. 1. numer. 16. lib. 2. Decius d. cons. 3. n. 4.

Præterea si Canonistae, & Theologi in contrarium citati in foro contentioso expressim loquentur, essent intelligendi quando de prava intentione in eo foro per partis confessionem, aut alias legitime constat, iuxta doctrinam Hostien. & Ant. de Butr. Anan. & Abb. de quibus sup. num. 7. in dict. cap. Consultat. Et quatenus absolute sentirent tales venditores etiam non aliter probata intentione corrupta, usurarios censeri in foro contentioso, nullus essent auctoritatis: quippe loquerentur contra text. expressos in dict. e. Consultat, & in hac decretali, & receptam Doctorum sententiam, de qua testatur Berouus supra in hac rubr. num. 34. qui dicit. cap. Consultat, in proposito textum clarum, & ad litteram appellat.

Verum tamen ex supra dictis aperta, & evidens fit late sententiae injustitia; breviter tamen attingendum an idem N. eo contractu peccaverit, & usurarius saltem in foro conscientie censendus sit; nam si non erit censuosus usurarius in foro conscientie etiam iuxta opinionem DD. qui de foro conscientie loquentur; longe minus iudicandus erit talis in foro fori, & quidem secundum ea, quae proponantur dicendum est ipsum etiam in foro conscientie non esse usurarium.

Primo enim excusatur in foro anime vendens rem carius solutione dilata, quando erat probabile dubium, an rea plus, minorive solutionis tempore esset valitura, ut est casus expressus in hoc cap. secundum Joan. Andr. & omnes in summ. textus, & in cap. Naviganti, in 3. casu, infra col. tunc enim, ut ait gloss. hic in ver. Verisimiliter, tam emptor, quam venditor aequaliter incommodum ex tali dilacione expectant, & concordant DD. hic, & in d. capite Naviganti, Joan. de Capistr. in dict. tract. num. 45. de communi, Joan. Lupus ad idem cap. Naviganti, §. 5. num. 19. 20. & 11. quae qualitas in casu nostro plene concurrat, quia nedum venditionis tempore erat probabile dubium, an frumentum venditum plus, minusve solutionis tempore esset valiturum, sed etiam erat verisimile, & ferè certitudinis proximum fore ut pretium in dies valde augeretur, ut ratio illius temporis suadebat & re ipsa evenit. Igitur in foro anime usuram non commisit, cum haec sola qualitas sufficere ad exculationem talis venditoris, ut sentit Cajer. in summ. in loc. supra cit. vers. Et similit. Quod si cum dicta qualitate ad exculationem concurrere debeat etiam alia, ut venditor non esset alias frumentum contractus tempore venditurus, ut habetur in dict. cap. Naviganti, in fin. & receptor est Doctorum sententia, teste Joan. Lupo in loco supra cit. n. 22. & dictum est supra in summ. text. planè & haec qualitas abunde concurrat, quia N. ejus qualitates inspectis nisi tale pretium fuisset confensus, venditionem diluisset in tempus, quo frumentum cariori pretio potuisset distrahere, quemadmodum boni patres familias consueverunt.

Secundo excusatur N. in foro conscientie, si inopiam, aut malitiam debitoris fortasse prospiciens, ideo carius frumentum vendidit, quia vebatur, ne in pecunia exigenda laborem, impensam difficultatemve subiret, Joan. de Capistr. in loco supra cit. Ripa, d. resp. 116. num. 4.

Demum alius omittit excusatur, si propterea vendidit majori pretio dilata solutione, quam praesenti pecunia fuisset venditurus, ratione damni, quod passurus vel lucrus

quod amissurus fuisset ob dilatam pretii solutionem: hujus enim interesse ratio habetur in mercatore negotiarum solito, Joan. a Capistr. de hoc. & post Anan. Salic. Dec. & alios tradit Joan. Lupus d. §. 5. num. 20.

13 Uterius quero, an censuales contractus ad tempus limitatum sit de jure liciti.

In terminis juris communis videtur licitus, quia continet in se veram venditionem excludentem mutuum, & adeest pretium certum, & certa etiam merx, que est jus exigendi annuam prestationem per tot annos, & cum venditor non teneatur, nec cogi possit fortem ipsam reddere, procul abest hic contractus a mutuo, & ab usura vitio; id enim, quod venditor pluribus solutionibus determinato tempore separatiim factis teneatur restituere fortem, procedit ex eo, quod in hoc contractu certo pretio emitur jus limitatum percipiendi annuam prestationem per tot annos & non ultra; & ita tenet Innocen. hic num. 1. quem ad verbum refert, & sequitur Joan. Andr. eodem num. & concordant Hostien. num. 2. in verb. Usurarum, Cardin. in 3. quest. Abb. n. 7. dicens ita tenere Innocen. Hostien. & communiter omnes DD. sequentes Joan. de Anan. num. 21. vers. In secundo casu, plenè Anchar. consil. 30. incipiens. Dubitare solet, Conrad. de contract. quest. 80. Joan. de Med. de reb. per usur. acquis. quest. 13. Sotus de just. & jur. lib. 6. quest. 5. art. 2. col. 2. vers. Pari jure, Navar. de usur. num. 71. Covar. qui alios citat lib. 3. var. resol. cap. 7. num. 4. & ratio est evidens, quia si possum emere censum perpetuò daturum, quod est indubitatum, nulla subest ratio, quare non possum emere ad certum tempus, ut per Anchar. d. consil. 30. & tradunt omnes supra cit. Nec placet differentia, quod in perpetuò consistat contractus emptionis, ex quo merx est perpetuò remansura penes emptorem, quod locus est in censu temporali, in quo res revertitur ad venditorem, ut per Joan. de Anan. d. consil. 30. num. 21. qui etiam in temporali res non revertitur ad venditorem, ex quo dictam jus percipiendi limitatum ad certos annos elapsis dictis annis licitus & cessat. Et hæc procedunt non solum venditione censu antiquitus constituti, ad quem se restringit Innoc. & Joan. Andr. sed etiam agatur de censu, qui eodem tempore contractus constituitur, cum etiam ille habeat eandem rationem meritis, ut voluit Card. ubi supra. Conrad. d. q. 80. concl. 3. qui reprobat distinctionem Innoc. quam etiam reprobat Sot. de just. & jur. lib. 6. quest. 5. art. 1. concl. in fin. & in 2. concl. & est communis opinio.

15 Et ejusmodi contractus abique dubio est validus, & nullam habet fraudis suspensionem, ubi est particularibus locutionibus toto tempore census nihil recipitur ultra pretium datum: quod si per particulares solutiones emptor sit aliquid recepturus ultra pretium conventum, nihilominus validum esse de rigore censuerunt Innocen. Hostien. & Joan. Andr. & sequentes supra cit. quia hæc licet certitudo, que reprobat in mutuo, admittitur in contractu emptionis, in quo potest quis successivè ex re emptæ plus percipere, quam sit pretium numeratum pro d. re emptæ, maxime consideratis oneribus, quibus emptor se supponit, & hanc opinionem tenent Conrad. d. quest. 80. conclus. 2. & 4. Navar. d. consil. num. 71. & Covar. d. consil. cap. 7. sub. num. 4. & alia ejusmodi contractus nunquam reciperebantur tanquam iniuste, & frustratorius, ut dicit Joan. Lap. in tract. de contract. c. 55. vers. His suppositis lib. 1.

16 Omnes tamen prælegati DD. dicunt ab eo tanquam mutuo proximo, & præse ferente specie mali esse abstinendum: ita in specie Innoc. hic ad fin. dicens consulendum esse omnibus fidelibus, ut ab ejusmodi contractu absterneant, Joan. Andr. num. 2. vers. Sed certè consulendum est, Cardin. in 3. quest. vers. Hanc dicit Innocen. & Anchar. n. 4. in fin. vers. Consultat tamen Innocen. & Conrad. d. quest. 80. concl. 4. in fin. qui dicit consulendum esse Magistratibus, ut illum prohibeant, Sot. d. quest. 5. art. 3. in fin. qui etiam dicit se non audere approbare hunc contractum abique formidine, ut possit ejusmodi pecuniarii census certi temporis emi, nisi tanto pretio pretio, quanto est omnium pensionum summa Cov. d. c. 7. n. 4. qui dicit consulendum esse, Christianis, ut ab eo absterneant, utile esse illam à Republica relegare de reficere, Medin. d. quest. 13. qui etiam dicit de rigore scholastico posse defendi opinionem Conrad. ut possit emi minori pretio, ubi adeest consuetudo communiter approbata, ipse tamen tenet contrariam opinionem uti tutiorem, ut non possit emi minori pretio ex quo contractus habet speciem mali & magnam similitudinem cum usurario & sequi possunt ex eo multa inconvenientia, que ex vero contractu usurario eventire solent.

17 Ex hoc nullam habet difficultatem ubi adeest excessus in proportione debiti pretii, quia alia redderet iniquus, ut fassetur Innocen. hic numer. 2. Hostien. numer. 7. in verb. Usurarum, & Joan. Andr. numer. 2. non potest quam dixerunt, si quis pro certa pecunie quantitate emeret aliquem redditum grani, vel vini, vel alium consumi-

lem perpetuò, vel ad certum tempus, vel ad tempus vite alicujus, hujusmodi contractum esse licitum; immoderatè hoc limitat, dummodò redditus annuus communi utilitatis non excedat annuam redditum quem de tanta pecunia in terra emptæ potuisset habere, si verò excedat communiter, est illicitus, argum. cap. Consultat, infra eod. Idem dicit Conrad. d. quest. 80. concl. 2. & 4. Navar. d. num. 17. Covar. d. cap. 7. num. 4. qui dant exem. plam in censu decem vendito pro scitis nonaginta ad decem annos, & ad summum pro quindecim annis; & omnes concludunt pretium debere esse iustum arbitrio boni viri, quem credo non esse arbitrarium pretium iustum in censu novem scaturum vendito pro centum scitis ad vigesimos quintos annos, quo tempore facta supputatione emptor habiturus est longè ultra dimidium ejus, quod dedit, maxime considerato modo hujus contractus, quo emitur virtualiter annuus census ad rationem quinque pro centenario, cum hoc ut venditor teneatur omni anno restituere vigesimam quintam partem capitalis, vide licet quatuor, que juncta cum dictis quinque faciunt novem, addo ut non facta redemptione, puta ante duodecim annos, non obstant, quod emptor jam recuperavit duodecim vigesimas quintas sui capitalis, adhuc pro reliqua dimidia capitalis exigat quinque ad rationem 18. pro centenario & si non redimatur, nisi in 24. anno pro scitis quatuor capitalis, que remanent in exacta, exigat novem pro fructibus, quod est ab omni ratione alienum, maxime erga pauperes, qui non possunt se redimere & in 12. anno solvent ad rationem 19. pro centenario in 18. anno ad rationem 100. pro centum & in 24. anno ad rationem 200. pro centum, quod repugnat bono universali & maxime pauperum, pro quibus edi dicitur hujusmodi Constitutio. Hæc de jure communi; sed hodie præscripta est forma novissima creandi census in Bulla 79. Pii V. cui quidem Bulla proculdubio supponitur census pecuniarius certi & indeterminati temporis, ut per Navar. in tract. de Usur. in gloss. 18. sup. de Bulla.

Ceterum est dubitari non possit emptione censuum 19 reddituum, si juxta formam sibi præscriptam celebrantur licitas esse, quia tamen non nihil suspicte omni tempore vite sunt, ab eis abstinendum esse cautè censuerunt post Innoc. & alios supra citatos num. 16. Tiraq. de retract. §. 1. gloss. 6. num. 10. & Joan. Bapt. Lup. in l. 2. Cod. de pact. int. emp. & vendit. §. 2. num. 61. & veluti odiosas restringendas esse dixerunt Tiraq. ubi supra. & Covar. var. res. l. 3. cap. 7. num. 7. Itaque tum veteres Pontifices Martinus & Calixtus, tum Pius V. certis cancellis & conditionibus hujusmodi contractus indulerunt, quia cum viderent genus hoc contractuum admittit clipei reddendum esse pro subterfugendis usuris, venditor voluisse potius animarum saluti consulere & corruptelæ occurrere, quam has censuum venditiones & emptiones uti conductibiles approbare. Et quod atinet ad Constitutionem Nicolai V. quæ licentiam concedit ejusmodi contractus in Regno Siciliæ celebrandi; pro dispensatione illam fuisse editam satis liquet ex ejus inspeccione, quia cum esse frequentiori uti recepta & postea populi liti pro lege tulerent, Pius V. salubri sua Constituit. tam gravi morbo subverire tentavit & quò plures conditiones adiecit, ut ab usurarium prævitæ cautum sit, eo plus suspitionis inesse his contractibus indicavit, dum ad diluendas præsumptiones usurarium præfixit certos limites censuum emptionibus, & venditionibus. Ad hæc animadvertens dignum videtur, quod Constitutiones Pontificum super censibus locales omnes fuerunt, cum supponeretur jam in illis locis vigere hujusmodi contractus. Pius Quintus verò angustius cedere voluit licentiam, quam contrahentes vigore dictarum Constitutionum sibi usurpaverunt, ut vix sine labe, aut saltem serupulo hujusmodi contractus celebrari posse viderentur; quia tamen licet credere, his omnibus accuratius consideratis Concilium provinciale ut feneratoribus contractibus materiam subtrahere similem facultatem in Provincia Medionalii indulgendam censuisse; an consuetudo hæc introduci debeat, ubi hæcenus censuum contractus in usu non fuerunt; judicium erit Sanctissimi.

Et quatenus censibus aperitur aditus, non videtur certum pretium generaliter statui posse, aut debere quo hujusmodi redditus annui emi debeant, nam rerum pretia non solum pro diversitate locorum sed & temporum variantur, item pro copia & penuria ementium aut vendentium, idemque mercium vel pecunie numeratæ, l. Pretia rerum, §. fin. cum hic notat. ff. ad l. Falo. Cum igitur rerum estimatio que pretium est, l. In summ. §. Frumentum, ff. de condit. indeb. ut sit justa, commensurari debet valori rei secundum tempus præsens, in quo res ipsa venditur ac traditur, ex Sot. de us. & in l. 6. quest. 4. art. 1. sequitur ut per legem aut edictum aliquod generale proposita taxatè fieri non possit.

24 Non etiam videtur expedire, ut decernatur ne annales census certam summam excedant juxta Constitutionem Nicolai V. nam ut docuit experientia, si ostendatur summa quam excedere non liceat, cedit hoc in præjudicium venditorum pecuniis indigentium, semper enim suadebant emptores vendentibus, ut sint contenti dicto pretio, quod usu venit post Bullam Nicolai V. secundum quam census ad rationem decem pro quolibet centenario venduntur, quia pretium per eum sic taxatum fuerat, quam ob causam Navar. in Man. cap. 23. n. 77. hujusmodi taxationem videtur improbare & Joan. Bapt. Lup. in d. l. 2. Cod. de pact. in emp. & vend. §. 2. n. 71. dicit secundum communem opinionem Doctores licitam esse emptionem census quando illius redditus & pensio incerta sit.

25 Similiter non videtur sufficere, ut habeatur ratio fructuum qui communiter perciperentur ex præditi si illa emerentur secundum temporis qualitatem jus enim exigendi pensionem aut redditus annuos cum conditionibus & oneribus annexis minoris valet quam ipsi fructus qui liberè ex præditi percipiuntur. Etenim emptores censuum subjiciuntur multis periculis sine spe lucri, quod emptores fructuum sperare possunt. Præterea certum est onera & pactum de redimendo, quo censuum emptores tenentur minuire pretium rei, Tiraquel. in præfatione de retract. convent. n. 20. post Abb. in cap. Ad nostram, de emptione & venditione, non enim est dubium quin pacta & onera apposta in venditione faciant partem pretii, ut per Tiraquel. hic num. 22. quantum autem debetur minus pretium censuum reddituum pensatis conditionibus & oneribus illis annexis vel relinquendum est, ut ipsi inter se contrahentes despiciant & conveniant, prout conveniunt quando emitur prædium cum pacto de retrovendendo, aut cum aliis oneribus ad trad. in dict. l. & in cap. Ad nostram, vel potest Sinodus provincialis decernere quanti minoris licitè emi possint hujusmodi annales census, quam emerentur fructus qui communiter perciperentur ex præditi si illa emptæ forent, verbi gratia, quia talia onera non possunt minui ultra tertiam vel quartam partem justè pretii ipsorum fructuum juxta id, quod factum fuisse in Sinodo Florentina refert Lupus, ubi supra. n. 75.

29 Porro celebrato hujusmodi contractu census secundum terminos legitime obligationis, nihil prohibet quin accedat quæcumque obligationes Camerales, fidejussiones & generales bonorum hypothecæ quibus contrahentes efficacius stringantur ad observationem eorum que in principali obligatione continentur, tam ratione evictionis prædii, super quo census constitutus est, quam etiam quoad solutionem annui census. Si quidem hæc cautiones sequuntur naturam principalis contractus & quatenus respiciunt executionem contractus censuales, non immutant ejus formam; & consentaneum legibus est, ut caveat sibi contrahens, ne eludatur; imò ut ille sit contrahentem si centum vincere catenis fudeat, effugit tamen.

Quod verò Pius V. prohibuit pacta omnia continentia mororum censuum debitorum in aliquam partem cadere non eo pertinet, ut morosus non possit se subicere censuris & obligari in forma Camere, quia prohibetur pæna temporalis ad obviandum fraudibus usurarium, per quam prohibetur emptori aliquod pretium exigere ultra creditum suum.

30 Ceterum ut rei censuales reddat tantum quantum est

census non sufficiat ut valor rei censuales æquet aut superet summam pecuniarum quibus census emitur; nam in contractibus censualibus non emitur res, sed jus petendi pensionem valor autem ejusdem juris non est major quam ipsa pensio, Sot. de just. & jur. lib. 6. quest. 5. art. 1. vers. Restat. Undè ut talis pensio loco fructuum subrogetur cum census non possit continui nisi super re fructifera de sui natura ex Bulla Pii V. necesse est, ut non possit excedere valorem reddituum, qui annuatim ex re percipiuntur, & quatenus delinqueretur fundamento reali & usura committeretur.

Cumque re pro parte preempta vel infructifera reddita, pro parte etiam census perimatur ex Bulla Pii V. manifestum est censum debere cum fructibus rei commensurari.

Consideratio autem proposita fortè locum habitura esset si ageretur de introducendo censu, quem vocant reservatum, id est eum quis rem suam alteri tradit reservato sibi jure quotannis percipiendi partem quam suam seu pensionem ex illa re, de quo in l. ult. Cod. de re servat. & per gloss. penult. in cap. Constitutus de Relig. domib. de hoc enim sentiunt Doctores tenentes in dubio præsumi contractum emphiteuticum potius quam censualem, quia ille minus præjudicialis est Ecclesiæ. Eadem verò consideratio accommodari non potest ad censum, de quo inducendo agitur qui consignativus appellatur, ut dum qui recentis suis bonis, corumque usu consignat alteri certam pensionem quam obligatur solvere singulis mensibus aut annis ex Sot. de just. & jur. lib. 6. q. 5. art. 1.

Hic censuales contractus, de quo loquitur Constitutio Pii V. adeò dicitur à contractu emphiteutico, ut nihil ferè commune cum eo habeat, ut notat gloss. penult. Cardin. Anchar. Abb. & alii communiter in dicto capite Constitutus, de Rel. domib. nam is qui rem suam in emphiteutium concessit transfert in accipientem dominium utile & sibi directum retinet. Qui rem suam supponit censui retinet jus rei dominium & usum, vendit autem solum jus percipiendi pensionem live in fructibus, sive in pecunia vel in aliqua utili ut vult gloss. præalleg. & Bald. consil. 379. incipiens. Sequitur n. 7. vers. Quæro quod jus respicit. lib. 1. Emphiteuta vendens non sine consensu Domini, incidit in commissum, l. 2. Cod. de jur. Emphit. Censuarii rem censui suppositam liberè potest vendere, Emphiteuta habere in re dominium utile, at qui emit censum habet tamen hypothecam re censui supposita. Emphiteuta ob non solutionem canonis incurrit penam caducitatis, c. Potest de locat. Censuarii morosus nunquam amittit rem censuam ut est text. in d. cap. Constitutus, & hic præcitat gloss. penult. & communiter Doctores. In emphiteuti re pro parte preempta non minuitur, canon. l. 1. Cod. de jur. Emphit. In hoc casu re pro parte preempta vel infructifera reddita perimitur etiam pars census. Aliam differentiam ponit Evarudus in sui Censuria legali in loco ab emphiteuti ad censum, n. 4.

Sicut igitur fieri non potest ut censuales hic contractus regatur clausula contractus emphiteutici, ita verendum non est, ne sit præjudicium Ecclesiæ respectu pensionum quas jure emphiteutico exigere intelliguntur, si de novo census hic consignativus inducatur.

